

dicitur à viis urbanis, quas Graci à yas vocant, quibus Apollo præesse creditur: unde & à Agyllina, hoc est, malorum depulsor vocatus est. Ex Stephano.

Agylla, αγγλα, urbs Thusciae, alias Cære vocata, & Agyllina, à nomine conditoris, quem Virg. lib. 8. ex Lydia venisse ostendit, quem ait:

*Haud procul hinc saxo colitur fundata vetus  
Urbis Agyllina sedes, ubi Lydia quondam  
Gens bello præclara iugis infedit Hetruscis.*

Vide Stephan.

Agyllus, luctator Cleonæus, statura prægrandis, nec minor Hercule, palæstra tamen à Tydeo vicit. Stat. 6. *Thebaid.*

Agyrium, sive Agyrena, αγγρενα, Dionyho, αγγρενα Stephano, oppidum Siciliæ. Unde Agyrini populi, quos recenset Plin. in descriptione Sicilia lib. 3. cap. 8. Stephanus Agyrenæos vocat: αγγρεναις. Vulgo, *Los de S. Philippo de Agirone.*

Agyrtæ, αγγρεται, præstigiatores sunt, & circulatori circumforanei.

Nam αγγρεται inter cætera significat, Præstigium exercere.

A H

Ah, sive Aha. אָהַ hab. a. a. Ah integrum est, Ah remansit detritum vocali. Prisc. lib. 1. ḥ. lib. 2. Est autem interjectio multorum affectuum significativa. Nam modò dolentis est, sive commiserantis. Virg. 1. *Eleg.*

*Spem gregis ah! silice in nuda connixa reliquit.*

¶ Modò admirantis, ut apud Plautum, Ah! quid ais? ¶ Aliquando dehortantis, in qua significazione crebrò occurrit apud Ieremiam & Ezechielem Prophetas. ¶ Ah indignantis, sive increpantis seipsum. Terent. *Andr.* Ah, vix tandem sensi stolidus. Virg. *Ecl. 2.*

*Ah Corydon, Corydon, qua te dementia cepit?*

Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 5.* Ah sœviendum est mihi. ¶ Ah, desiderantis. Idem in *Afin.* Ah, quanto amplius valeres, si hic maneres. ¶ Ah, factum alterius reprehendentis. Terent. in *Andr.* Nam quid ego dicam de patre? Ah, tantamne rem tam negligenter agere? ¶ Ah, objurgantis, *ibidem*. Ah, quanto satius est te id operam dare, qui istum amorem ex animo amoveas tuo. ¶ Ah! Abnegantis. *ibid.* Ah, ne me obsecra. ¶ Ah, reclamantis, aut contradicentis. Plaut. *Amphit.* Ah, propitius sit potius. Idem. *Aul. sc. 1. a. 5.* Redde aurum. St. Ah, unde. Terent. in *Heccyr.* Meum receptas filium ad te Pamphilum. Bacchis: Ah, Laches, sine dicam. Ubi Donatus, Ah, quod falsum est, reclamavit meretrix statim, & voluit contradicere, si permitteret senex. ¶ Ah, ah, suspirantis. Plaut. in *Milite*, Habe bonum animum. *Pamph.* Ah, ah, quam venit in mentem mores mihi mutandi ut sient. ¶ Item gaudentis, ut apud eundem *Cure. sc. 2. a. 1.* Ah! P. Quid est? Ecquid lubet? ubi Ah, videtur esse gaudentis. ¶ Dolentis. Ovid. *Eleg. 1. lib. 2. Trist.*

*Ah ferus, & nobis nimium crudeliter hostis.*

¶ Ah ah, irridens est. Diomed. lib. 1. Ah age, laudantis. Idem *ibid.*

Aharna, oppidum Hetruriæ, apud Livium *decad. 1. lib. 10.*

Ahenum, vas est, in quo aqua ad lavandum calefit. { יְרֵסֶר, רֹרֶרֶרֶר. GALL. Chauderon, ou coquemar. ITAL. Caldaio. GERM. Ein Fessel. HISP. Caldera de cobre. ANGL. A cauldron, or any brassene vessell wherin water is made heat for to wash with. } Paul. in l. quum de lanjonis, D. de instruct. & instrum. leg. lib. 3. 3. Pand. Nec multum refert inter cacabos, & ahenum quod supra focum pendet. Hic aqua ad potandum calefit: in illis pulmentarium coquitur. Virg. 1. *Georg.*

*Et foliis undam tepidi despumat aheni.*

Plaut. *Pseud. sc. 2. a. 2.* Vala ahenea rapere. ¶ Ahenum dicimus per h, interpositam inter a, & e, non aenum, ut sonus sit gravior, jucundiorque, teste Gell. lib. 2. cap. 3. ¶ Ahenum sœpnumero capitur pro amplissimo vase in quo tingitur purpura. Ovid. 3. fast.

*Hanc cole velleribus quisquis ahena para,*

id est, infector. Unde multa habent epitheta ex iis locis, in quibus claruit usus purpura: ut Agenoreum ahenum, id est, Tyrium, vel Sidonium. Agenor quippe rex fuit Phœnicia, in qua fuerunt Tyrus & Sidon urbes purpura nobiles. Mart. lib. 10. in *Caium*. Amyclæum ahenum. Ovid. lib. 2. de rem. amor. & alia id genus.

Xhēnūs, a, um, Αέρευς, { ψωνοναχύσχ. χάνης. GALL. Chose de cuivre. ITAL. Cosa di bronzo. GERM. Chrin-kupferin/ das von erz oder kupfer gemacht ist. HISP. Cosa de materia de cobre. ANGL. Made of brass. } Virg.

*& lucē cōruscus ahena.*

Ahēnūs, a, um, idem. Horat. 3. Epist.

*hic murus aheneus esto.*

Ahæta, vocantur duxæ venæ, quæ ab umbilico & matrice per pectinem transiunt infra renes.

Ahori, αεροι, qui immatura morte præveniuntur.

Ahu, Interjectio animi perturbati significativa, 1. Ter. Ahu, racc obsecro.

A I

Ai, diphthongus antiquis, pro æ posita, quam teste Martiano lib. 3. sexcentis in locis usurpavit Lucretius distractam.

Aīāx, αἰαξ, duorum fortissimorum Græcorum nomen fuit, quorum alter à patre Telamone, Telantonius cognominatus, proximam ab Achille fortitudinis laudem obtinuit in Græcorum exercitu. Hic cum Hectore singulari certamine congressus est, & victor evasisset, nisi noctis adventu pugna fuisset dirempta. Quia necessitate adactus, re infecta ad suos rediit, gladio ab Hectore donatus, quem ipse vicissim baltheo donavit: quæ dona (ut exitus declaravit,) utrique fuerunt exitialia. Nam Hectoris corpus hoc ipso baltheo circa Patrocli tumulum tractum est ab Achille. Aīāx verò, Achille interempto, quem de armis illius cum Ulyssè iudicium instituisset, adversariique eloquentia superatus, interior discessisset, rei indignitate in furorem versus, in muta pecora levit, Atridas sese & Ulyssem credens interrimere. Verùm ubi ad mentis sanitatem rediit, sèque delusum cognovit, acri dolore compulsus, gladio quem ab Hectore dono acceperat, in loco deserto se confudit, cruorique eius in Hyacinthum florem est permutatus. ¶ Aīāx alter fuit, qui ab Oilei patris sui nomine

Oileus dictus est. Ovid. 13. *Metam.* ejus meminit, Peteret arma moderator Aīāx (Oilei filius sup.) *Ibid.*

*Atque Aīāx armis, non Aīāci arma petuntur.*

Hic Locrensum rex fuit, velox pedibus, & peritus hastæ vibranda, multaque fortitudinis exempla in obsidione Troiana edidit. Capto autem Ilio, Cassandra virginem in Minervæ templo (cuius illa sacerdos erat) violavit. Quam ob causam indignata Minerva tempestatem Græcis redeuntibus circa Caphareum promontorium immisit, in qua quum alii plerique, tum ipse etiam Aīāx perit. Virgil. 1. *Aeneid.*

*Pallâne exurere classem*

*Argivum, atque ipsos potuit demergere ponto,*

*Vnius ob noxam & furias Aīācis Oilei?*

Aīānēus, αἰανός, Rex inferorum, quem nos Ditem & Plutonem appellamus. Fuit præterea eodem nomine rex Molosorum, cuius filiam nomine Persphonē Thescus conatus fuit rapere non procul ab Achronte fluvio. Unde factus est locus fabulæ, Thescum ad inferos descendisse, & Persephonein Ditis uxorem rapere voluisse. Vide Plutarch. in vita *Thesei*, & quæ suprà annotavimus in dictione *Ades*. Aīgleūcēs, αἴγλευς, vini genus est, quod musti dulcedinem non amittit: ita dictum, quod semper mustum videatur, quale est vinum, quod in lacu nunquam defebuit. Plin. lib. 14. cap. 9.

Aīo, aīs, aīt, aiunt, præteritum imperfectum habet integrum, perfecti solum secundas personas. In imperativo Aīs. In futuro optativi, Aīas, aīat, aīamus, aīant. Participium habet unum, Aīens. Reliqua omnia tempora desiderantur. Aīsero, Aīsimo, dico. { יְמָן amār, מִן hekim. ἀρι. GALL. Dire, affirmare. ITAL. Dicere, affirmare. GERM. Sagen, oder reden. HISP. Dezar d' affimar. ANGL. To say, to alledge. } Cic. 2. de Orat. Et docebo sus (ut aiunt) Oratorem, &c. Quid aīs bone vir? Plaut. Cure. sc. 2. a. 5. (Minantis.) Quid aīs propudium? (Convitantis.) Ibid. sc. 3. a. 1. Peregrinum aiebas esse te. Idem Men. sc. 2. a. 4. Aīo vero? Aīo enimverò. Idem Amph. sc. 1. a. 1. Quid aīs tu (increpantis.) Idem sc. 2. a. 3. Uxor tua geminos peperit filios. Aīo tu geminos? Ibid. Me tuæ hospitæ fecisse aio injuriam, id est, fateor. Idem Mil. sc. 6. a. 2. Insanire me aiunt ultro, cum ipsi insaniant. Idem Men. sc. 2. a. 5. Aīo tu hæc omnia, (lætantis & admicantis.) Idem Cure. sc. 3. a. 2. Pater iam aderit. Aīo tu pater. Idem Most. sc. 1. a. 2. Ecum affinem, quid aīs Euclio? (Salutantis.) Idem Aul. sc. 5. a. 2. Aīo tu apud amicas? (irascentis & neminem alloquentis.) Idem Afin. sc. 2. a. 4. ¶ Aīo aliquando accipitur pro affirmo, & ei opponitur Nego: Id enim quod tu vis, id aio, atque nego. Idem Men. sc. 2. a. 1. Nego enimverò, & me advenisse nunc primum aio. Et, Aīo vero? Aīo enimverò. Idem Amph. sc. 1. a. 1. Tunc aīs? M. si negas, nego. Idem Aul. sc. 3. a. 1. Aīo tandem ita esse ut dicis? Ibid. sc. 1. a. 2. ¶ Sumitur & pro fateor: Me tuæ hospitæ fecisse aio injuriam (i. fateor.) Idem Mil. sc. 6. a. 2. Idem in Afinar. Me unicè unum ex omnibus, atque illam amare aiebat. Nævius, An nata est sponso prægnans? vel aī, vel nega. Cic. de Finib. bon. Quasi ego id curem, quod ille aīat, aut neget. Gel. lib. 6. Sive aīas, sive neges, hæreibis in captione. Priscianus Aīamus dixit lib. 1. de construct. ¶ In actionum formulis hoc verbo antiqui utebantur, Aīo te mihi dare facere oportere. Hunc hominem ex iure Quiritium meum esse aio, id est, affirmo, contendeo, defendo. Unde Aientia, Cicero appellat, quæ Græci forensi & litigioso verbo κατηγορα. Ex Lexico Hotomanni.

Aīuga, herba quæ Græcæ Chamæpitys { χαμαγίτης. GALL. Yve muscate. ITAL. Iva, Camepito. GERM. Seldcypresen. HISP. Tinillo. } cuius tres sunt species, quas vide apud Plin. lib. 24. cap. 6. Alii legunt Abiga, adductis verbis Plinii, qui eam ab abortu nomen habere affirmat.

Aīūs, Deus à Romanis dictus est, ab eo quod aiebat, id est, loquebatur. Nam olim Roma audita vox est silentio noctis, clarior humana voce, quæ iubebat magistratibus nuntiari, Gallos adventare, & ut providerent ne Roma ab iis caperetur. Propter quod beneficium templum ædificatum est Deo illi talia monenti: quem cum nomen eius ignorarent, Aīūm appellant. Cic. lib. 2. de Div. Quid ergo? Aīūs iste loquens, quando eum nemo norat, aiebat, & loquebatur: unde & nomen adiunxit. Legendum Gell. cap. 17, lib. 16. Livius hunc eadem ratione vocat Loquutum. Plutarch. in Camil.

AIutamini, pro adjutare. Pacuv. Chryse. Marcell.

Aīzōōn. { αἰζών. GALL. Ioubarbe. ITAL. Sempre viva. GERM. Haussrouz/ Patzen treubel. HISP. Terva puntera, siempre viva. ANGL. A heerbe called, Eyeegrene, Senegrene, or Semegrene. } Herba est folio carnosof, lævi, oblongo, & semper virenti: unde & αἰζών à Græcis, & à Latinis quibusdam Sempervivum appellatur. Plin. lib. 25. cap. 13. duo eius constituit genera: maius in fictilibus vasculis scribitur, quod aliqui Buphthalmum, id est, bovis oculum, à similitudine vocant. Alii Zoophthalmum, id est, animalis oculum: ambitu enim effigiem oculi imitatur. Alii, quod amatoriis conveniat, Erogeneton: οὐγενον enim gigno, οὐγενον amor. Alii Hypogeson, quoniam ferè in subgrundis nascitur. Græci enim partes tecti prominentes γένεα vocant. A Latinis etiam Sedum majus, aut digitellus appellatur. ¶ Aīzōōn minus, quod & Sedum minus à Latinis, à Græcis etiam τετράδιο, appellatur, quod ter quotannis floreat. Vulgo Vermicularis, à similitudine foliorum, quæ figura oblonga & propemodum ovali, vermiculorum speciem referunt. Nascitur in petris, & parietibus vetustis. ¶ Hisce à Dioscoride tertium additur Aīzōōi genus, foliola habens pinguiora, ad portulacæ figuram non nihil accendentia, sed hispida, breviorique cacumine. Herbarii Veronicularem minorem vocant.

A L

¶ Al, est articulus Arabicus, quo appellativa & adjectiva nomina latè patentia & vaga restringunt. ¶

Ala, qua aves volant. { αἴρων chanap. GALL. Aile. ITAL. Ala. GERM. Flügel/ oder sittich. HISP. El ala del ave, d cosa que buela. ANGL. Aringe. } Virg. 1. *Aeneid.*

*Ut reduces illi ludunt stridentibus alis.*

Alas addere aliqui dicuntur proverbiali figura, qui verbis alicui ad-

dunt animum, & in spem bonam erigunt. Græci ἀνθεῖσι αιντ: Aristoph. in *Avibus*. Ovid. Eleg. 4. lib. 3.

Agitare alas.

¶ Cicadam ala corripuisti, τηρία πτερύγων συνέποντας, proverbialiter dicitur in eos, qui quempiam provocant minimè ex usu: nam si cicadam naturā garrulam ala prehendas; clariùs obstrepit. ¶ Interfectionis ala, φτερά πτερύγων, de subito interitu dici solitum. Sumpta meta phora ab alatis jaculis, quæ repente mortem afferunt. Vel οὐρανῆς, quod ipsa mors sit alata. Zenodotus. ¶ A cuius similitudine, Ala etiam dicitur locus ille concavus subter brachium in homine, quia in eo pili quasi penne nascentur. { η μοχλός. GALL. Aisselle qui est sous le bras. ITAL. Ascelle. GERM. Die achsel. HISP. Sobaco. ANGL. The hollowe place under the arme wher heare groweth. } Plaut. Pseud. sc. 4. a. 2. Quid sapit? Hircum ab alis. Plin. lib. 11. c. 40. Elephas tantum sub armis, duas (scilicet mammas) nec in pectore, sed citra in aliis occultat. Hinc hircinus ille odor concipitur. Horat. Epod. 12.

— gravis hirsutis cubat hircus in aliis.

¶ Pro eodem etiam Axillam dicimus, eoque vocabulo antiqui solum utebantur. Nam Alæ appellatio recentior est, fuga vastioris literæ ex Axilla efficta, ut satis docet Cic. in *Oratore*, his verbis. Quinetiam verba sepe contrahuntur, non usus causa, sed aurum. Quomodo autem vester Axilla, Ala factus est, nisi fuga literæ vastioris? quam literam etiam è maxillis, è taxillis, & vexillo, & paxillo, consuetudo elegans Latini sermonis evellit. Præterea Ala dicta est equitum turma, quod pedites tegant alarum vice. Nam in equitum ordinibus circum legiones dextra sinistraque tanquam alæ in avium corporibus locantur. { μὲν πτερός, οὐδὲν. GALL. Les ailes d'une armée. ITAL. Ala de una squadra. GERM. Ein squader reuter oder reisiger. HISP. Ala de la gente de cavallo tendida. ANGL. The wings of an army. } Cic. 1. Offic. Quo in bello te Pompeius alæ alteri præfecit. Hinc Alarum præfectura, apud Suet. in *August.* cap. 38. Et alis præponere, ibid. Alæ autem in re militari unde dictæ, Gell. docet cap. 4. lib. 16. & vide de iis cap. 9. lib. 10. Ala, pro exercitu magno & immenso apud Ezech. cap. 17. ubi posuit ænigma de Aquila grandi magnarum alarum, id est, potenti rege Babylonis. ¶ Alæ etiam navium dicuntur: ut, Velerum pandimus alas. Et Ovid. Eleg. 10. lib. 3. Trist.

Et quanquam Boreas iactatis infonet alis.

¶ Ala in herbis dicitur cavus inter caulem & ramos anfractus, unde sinuatum nova proles egreditur, facta ab humanis alis translatione. Plin. lib. 27. cap. 4. Caulem quadrangulum, scabrum, multis concavum alis. ¶ Alæ pro velocitate, figuratæ ab effectu, quia alæ avibus velocitatem faciunt. Virg. 3. Æneid.

— & ventis & fulminis ocyor alis.

Alatæ, alare, denominativum ab Ala: & Alarius adjectivum, pro eodem: ut, Equites alarii, & Cohortes alariæ. { αλαρι. GALL. Qui est des ailes. ITAL. Chi è dell'ala d'un exercito. GERM. Der auf einem flügel einer kriegs ordnung ist. HISP. Hombre de aquella ala de gente de cavallo tendida. ANGL. That which perteneth to wings, of a winge. } Liv. lib. 10. ab Vrbe, Cum cohortibus alaribus. Idem, Qui præstat alariis equitibus. Cœl. 2. bell. civ. Cohortes circiter triginta alariorum addidit.

Alatæ, a, um, ab ala avium, Ala munitus & ornatus. } πτερός. GALL. Qui a des ailes. ITAL. Che ha ale, alato. GERM. Geflügelt/ was flügel/ oder fitten hatt. HISP. Cosas que tiene alas para volar. ANGL. Vwingod. Mercurius alatus. Ovid. 5. Faſt.

— alato qui pede carpis iter.

Et ibidem, Alipedem, Deum ipsum vocat. Virg. 4. Æneid.

Vt primū alatis tetigit magnalia plantis.

Alati equi Solis. Ovid. 3. Faſt. Verba alata proverbialiter dicuntur, quod facile evolent: at revolare nesciant.

Alifer, Alatus, αλατός. Ovid. 4. Faſt.

— & alifero tollitur axe Ceres.

Aligér, Alatus. πτερώς. GALL. Qui a ailes. ITAL. Alato. GERM. Der flügel hatt. HISP. Que tiene alas para volar. ANGL. Vulture beareth wings. } Unde Cupidinem alatum & aligerum Poëtae vocant. Virg. 1. Æneid.

Ergo his aligerum dictis affatur Amorem.

Alipés, velox, quasi alas in pedibus habens. { ωλεπτός. ANGL. Swift. } Virg. 2. Æneid.

Alipedumque fugam currutavit equorum.

Sil. Ig. lib. 7.

Alipedem planta curru premit.

Ovid. 5. Faſt. Alipedem Deum vocat Mercurium.

Alipiliis, li. Alatum pilos in balneis vellens. Seneca lib. 8. Epist. ad Lucium. Alipilum cogita, tenuem & stridulam vocem, quo sit notabilior, subinde experimentem, nec unquam tacentem, nisi quum alas vellit, & alium pro se clamare cogit. Cœl. lib. 30. cap. 19.

Alaba, ἀλάβα. Ptolomeo, oppidum est Celtiberorum.

Alibändä, ἀλαβάndæ. Stephano. Cariæ civitas est, non procul à Maeandro fluvio, scorpionum copiâ affluens, duobus montibus ita subjecta, ut cista iuxta aspectum exhibeat. Ex hac originem traxerunt tres clarissimi oratores, Meneclæ, & Hierocles fratres, & Appollonius Molo. Nomen accepit ab Alabando Enippi filio, ut Stephano placet. Apud Latinos frequentius legimus Alabandæ, arum, plurali numero. Iuvenalis Satyr. 3.

Hic Andro, ille Samo, hic Trallianus, aut Alabandis.

Plin. lib. 37. cap. 7. Adjiciunt Æthiopicos, & Alabandicos in Orthosia caute nascentes: sed qui præficiantur Alabandis. Stephanus quoque admonet olim Alabandam inter Cariæ civitates opulentissimam ac florentissimam fuisse, ut huic proverbio locum fecerit, Alabanda Carum fortunatissima, Αλαβάνδα καὶ τὸ τροφεῖον: intelligi fortunam amplam, & vitæ genus voluptatum, à literis & virtutis studio alienum. Veluti si dicat aulicus, aut negotiator quispiam, Alii se in literis macerent, alii cum paupertate philosophentur. Alabanda Carum fortunatissima. Poterit & per irrationem usurpari, veluti si joceris in

quempiam parum egregium, qui tamen in gente vehementer barbaræ & craessa præcellere videatur. Alabandensis, Alabandeus. Cic.

Alabändæ, ἀλαβάndæ, gentile. Cic. 2. de nat. deor. Alabandi Alabandum consecrarent.

Alabändicūs, & Alabändiacus, ἀλαβάndicūs, καὶ ἀλαβάndicūs possessiva: ut, Rosa Alabandica, apud Plin. lib. 21. cap. 4. quæ folia habet albanticia, & inter viliora rosarum geneta commumeratur.

Alabärchæs, vide Halabarches.

Alabastrites, { αλαβάστρες. GALL. Alabastre. ITAL. & HISp. Alabastro. GERM. Ein Marmel stein. } Lapis humani unguis candorem referens: unde & Onyx appellatur: dictus Alabastrites, quod alabastro ex eo fieri soleant. Vide in dictione Alabastrum. ¶ Est etiam Alabastrites, gemma quedam, candorem habens variis coloribus intinctum, quæ tremata cum fossili sale ac terra, gravitatem oris, & dentium extenuat. Plin. lib. ult. cap. 10.

Alabastrus, ἀλαβάστρος, fluvius est in Æolide minoris Asiæ regione. Plin. lib. 5. cap. 30.

Alabastrum, { αλαβάστρος, καὶ ἀλαβάστρον. GALL. Vaiffeau d'albastre. ITAL. & HISp. Vaso d'albastro. GERM. Glatt Marmel steinbüchsen.

ANGL. A vessel to keep oyntmen in. } Vasis genus erat ex Alabastre lapide torno excavatum, ad conservanda unguenta maxime idoneum. Martialis,

Quod Cosmi redolent alabastra, focique Deorum.

¶ Dicitur etiam in masculino genere Alabaster. Cic. lib. 2. Acad. Quibus etiam Alabaster plenus unguenti putere videtur. Proverbiali figura, hæc Cicero dixit, pro, Optima pro pessimis displicent. ¶ Alabastres autem, ex quo vascula hujusmodi fieri consueverint, autore Plin. lib. 36. cap. 7. Lapidis genus est colore candido, quem Onychen à colore humani unguis nominabant. Alabastrum dictum videtur ab a privativa particula, & λαβάστρον. Erant enim vascula sine anisis, quæ propter summam laevitatem vix comprehendendi, teneri possent. ¶ Est etiam Alabastrum Ægypti oppidum. Plin. lib. 5. cap. 9.

Alabes, ἀλαβές, piscis est Nilo peculiaris, inde dictus, quod ob lubricitatem manibus comprehendi non possit. Meminit ejus Strab. lib. 17. Plin. lib. 5. c. 9. Alabetem vocat.

Alabrum, dicitur instrumentum quo fila vertuntur. Filum enim à colo ducitur in fustum, de fuso in alabrum, hinc in girgillum, deinde in glo micellum, hinc in telam, postea in pannum.

Alaburion, ἀλαβύριον. Syriæ oppidum, Steph.

Alabus, ἀλαβός, fluvius in orientali parte Sicilie, Ptolomeo.

Alacatia, ἀλακάτια, machinamenta sunt, seu potius curris, qui utrinque vertuntur. Meminit Leo in Constitut.

Alacær, alacris, & hoc alacre: vel hic & hæc Alacris, & hoc alacre. Qui viger sensibus universis (ut inquit Asconius) erectus & sublimis animus. { תָּוְבָּלֶבֶת, מִגְּהִילָּה megil. ἀλαζόν, λαζόν. GALL. Gay & deliberé, prompt, alaigre. ITAL. Vigoroſo de ſenſi, allegra. GERM. Mutig/ frisch dapfer. HISp. Ligero, con alegría. ANGL. Lustie, of courage, glade. } Virg. lib. 5. En. Ergo alacris cunctosque putans excedere pugnā. Nam è contrario Lacer dicitur, amputatis in corpore membris, hoc est, auribus, oculisve. Quod ad animum ſepe transfertur, quod plerunque afflito animo, ſenſibus non utamur erectis. Sic alacer dicitur is, qui omni ſenſu & mente bene est conſtitutus. Qua re cognita, illud quoque intelligitur, aliud eſte alacrem, aliud lætam. Sunt qui alacrem festinant & properum dici putant, quæ alis acrem. Hæc Alcon. Pæd. Donatus in illud Terent. Quid tu es tristis? quid ve alacris? alacrem pro ἀλαζόν, id est, non tristem, litera l, pro d, posita, dici. Plaut. Amphitr. Impetu alaci fedant & proterunt hostium copias.

Alacritas, vigor, & animi erectio, necnon lætitia gestiens, quæ secundum Donatum, propriè est mutatio quædam vultus gestientis in rem aliquam, & media est inter lætitiam atque tristitiam. Hinc Cic. 2. de divinatione: Galli vices alacritate, & quæ lætitia ad canendum excitantur. { גִּילָּה, בְּגִילָּה, בְּגִילָּה, בְּגִילָּה. GALL. Gayeté de cœur, courage deliberé. ITAL. Allegroſa, prontezza, cuor deliberato. GERM. Freudigkeit/ leichtsinigkeit. HISp. Ligereza con alegría. ANGL. Quincnasse of ſprite, liveliness and courage of the hart gladienſſe. } Interdum dicitur voluntaria celeritas, ſeu promptitudo, ardore, ἀλαζόνia. Liv. 3. Postquam ingenti alacritate clamor est sublatus (quod bene vertat) gesturum ſe illis morem, posterisque die in aciem educturum affirmat. Cic. lib. 1. Tusc. qq. pro lætitia gestiente, quæ in malis habenda ſit, accepit. Vir igitur (inquit) temperatus, constans, ſine metu, ſine aegritudine, ſine alacritate, nulla libidine vexatus. Idem 4. Tusc. Alacritatem, gestientem lætitiam interpretatur. Itaque hominis lætitia propria, quippe quæ opinione conſtet. Alacritas autem communis omnium animantium.

Alacritér, { בְּגִילָּה begilah. ἀλαζόν, φυρόν. GALL. Gayement, alaigrement, de cœur deliberé. ITAL. Allegramente, prontamente. GERM. Huitiglich/ dapferlich/ häftiglich/ frödig. HISp. Allegre y ligeramente. ANGL. Gladlie, willinglie. } Plin. lib. 20. cap. 12. Secuta aetas alacriter defendit. ¶ Et alacrè, pro alacriter. Plaut. in Amph. Verum quidem è loco compellemus alacrè.

Alachroæ, populi Africæ iuxta Aras Philenorum, qui etiam Lotophagi appellantur. Plin. lib. 5. c. 4.

Alagabal, Sol. Salmas.

Alala, acclamatio militaris ante pugnam. Item vociferatio rusticorum. ¶ Est etiam infantia, cum quis fari non potest. Alalus, fari nescius.

Alalagma, clamor lætus militum. Item victorialis hymnus. Suid. ]

Alalcomeniz, ſive Alalcomenion, ἀλαλκομένιον Straboni, ἀλαλκομένιον Steph. Oppidum Bœotiae, ab Alalcomenco conditore appellatum, qui & Minervæ simulachrum ibidem consecravit, quam à ſuo nomine ἀλαλκομένιον appellavit, cuius meminit & Homer. Iliad. 4.

Alalia, ἀλαλια, urbs insulæ Cyrini, Phocensium colonia. Herod. lib. 1.

Alaniæ, urbs Æthiopæ. Plin. lib. 6. cap. 29.

Alaniæ, regio est Scythæ Europæ, quæ ad Maeotidas paludes pertinet: eius incolat Alani, de quibus Plin. lib. 9. cap. 12.

Alaniticus, ſinus maris rubri, qui & Enalitius, & Lænitius dicitur: Hermol.

Hermol. in Plin. lib. 5. cap. 11. Meminit & Plin. lib. 6. c. 28.  
Alani, Scythiae fluvius, à quo Alani populi dicti sunt iuxta Roxalano: de quibus Plin. lib. 4. cap. 12. Ammianus scribit Alanos dici, quos prisci Magassetas dixerunt. Hi carnis vescuntur, & panem non manducant. Mart. lib. 7.

Nec te Sarmatico transit Alanus equo.

Iulius Capitol. Alanos in parte Dacia collocat: Ptolemæus verò in ea Scythiae parte, quæ est intra Imaum.

Alanorsi, populi Scythici ad Septentrionem ultimi. Ptolemæo.  
Alipæ, Colaphus. { סָבַרְתִּי מַחְבָּתְּ לַחֲנָה. GALL. Vn coup de main sur la joue, un soufflet, un coup de poing. ITAL. Guanciata, mofstatione, punzone. GERM. Ein backenstreich/ ein schlagen. HISP. Bozada. ANGL. Ablorce or stroke on the cheek. } Sed alapa Latinum est, Colaphus Græcum. Autor Valla in Raudensem.

Alapathus, αλαπάθης. GALL. Doque, pareille ou patience. ITAL. Rombine. HISP. Labaca. } Herba est Theocrito, quam Lapathon Dioscorides, & Latini Runicem appellant, dejiciendæ alui vim habens: unde & nomen invenit, Græci enim αλαπάθη purgationes vocant.

Alapeni, αλαπενοί, populi in Arabia felici, Ptolemæo.

Alaricus, αλαρικός, Nomen Regis Gothorum, qui Romanam aliquandiu oblessem tandem expugnavit, & solo exquavit. ¶ Fuit & Alter Alarius, quartus Gothorum rex, qui & ipse Romanam cepit anno nostræ salutis octingentesimo quinquagesimo quarto: qua tamen non diu est potitus. Nam in ipso Paschæ testo infidiis circumventus, una cum suis omnibus est trucidatus. Vide Paulum Diaconum.

Alaris, & Alarius, vide Ala.

Alarodii, αλαροδοῖ, Stephano, populi sunt circa Pontum, de quibus Herodotus lib. 3.

Alastor, αλαστός, a Græcis dicitur animus sibi malè conscius, sive (ut ita dicam) conscientiæ remorsus, vel etiam malus genius hominem crucians, αλαστός enim apud Græcos crucior significat, vel grave aliquid patior. ¶ Numeratur etiam Alastor inter equos Plutonis, quem nomina Claudio recensuit his verbis,

Orphneus crudelē micans, Aethonque sagitta  
Ocyor, & Stygi crudelis gloria Nysieus.

Armenti, Ditisque nota signatus Alastor.

Alata, αλάτη, civitas in Arabia felici, apud Ptolem. lib. 6. c. 7. Item altera ejusdem nominis in Arabia deserta, apud cundam lib. 5. cap. 10.

Alata castra, οχυρὰ ὑποτετράδες Ptolemæo. Oppidum Britanniæ insulae, quod alii Castra puellarum vocant. Credunt eruditæ nostri creduli urbem esse Scotiæ, quæ illorum lingua Edinbourg vocatur.

Alaternus, (αιαίνεις) Cretensium, & φυινεν Theophrasti & quorundam opinionem. Arbor est, sive frutex, cuius folia inter ilicem, & olivam media quadam similitudine, viridis coloris, obscuri. Plin. lib. 16. c. 26. inter infrugiferas reposuit: fert tamen fructus racematum Lentisco similes. Vide Colum lib. 7. c. 6.

Alaternus, Arbor, sive frutex, nullum semen, aut fructum ferens, cui folia sunt media quadam similitudine inter ilicem & olivam. Plin. lib. 16. c. 26. & Colum. lib. 7. c. 6.

Alatrium, urbs Hernicorum. Hernici autem populi fuerunt saxosa Campaniæ loca incolentes. Volaterranus. Vulgo Alatru. Plaut. Capt. sc. 1. a. 4. n. & αλάτρα.

Alatrinates, Hernicorum populi, Livio 2. decad. lib. 9.

Alatus, Vide Ala.

Alauda, avis, quæ olim Galerita vocabatur, quia apicem habet, hoc est, plumam elatam in capite ad similitudinem galeri, sive galeæ. { οὐεγενεῖα. GALL. Aloisette. ITAL. Alladola, allodeta. GERM. Ein lerch. HISP. Coguinda. } Varro appellat Galericum. ¶ Alauda legionis nomen, quam Cæsar dictator in Gallia conscripsit. Plin. lib. 11. c. 37.

Atque ab illo Galerita appellata quondam, postea Gallico vocabulo etiam legioni dederat Alauda. Cic. ad Attic. Antonius cum legione Alaudarum ad urbem pergit.

Alaudium, teste Budæo, à laudando, hoc est, à nominando dictum, quod qui prædia eo iure habent, laudare, hoc est nominare autorem suum nemini teneantur. Vox est recentioribus dumtaxat jurisconsultis cognita. Rectius dicitur Alodium, quod vide.

Alauna, αλαύνη, oppidum est Britanniæ insulae, apud Ptolemæum.

Alaudi, populi sunt Scythiae regionis, Ptolemæo.

Alaunus, αλαύνη, duorum fluviorum nomen est in Britannia, quorum alter est in Orientali eius insulae plaga, alter in Meridionali, Ptolemæus.

Alausa, vel Aloſa, Ausonio, qui viles Alausas dixit ob abundantiam. Vide Clupen.

Alazon, αλαζών, fluvius ex Caucaseis montibus in Cyrum amnum defluens, Albanosque ab Iberibus dividens. Plin. lib. 6. cap. 10. Αλαζόν. Hinc nomen comœdiae: id nos Latinæ Gloriosum dicimus.

Alazonia, { γίνα γράν, γένη γένη. αλαζόν. GALL. Orgueil, fierté. ITAL. Superbia, arroganza. GERM. Hofart/ stolzheit. HISP. Sobervia o altiveza. ANGL. Arrogancie, proudeesse. } Superbia est vel arrogancia, quum quis plura pollicetur, quam potis est præstare. Αλαζόνων enim superbire est, vel mentiri, vel sibi plus æquo arrogare. Ulpian.

Albi, αλές, nomen est duarum urbiutum, quarum una est in Latio, à qua Albani populi, αλέας, & Albanus mons, sub quo Ascanius civitatem hanc Albam condidit, quæ (ut Livius scribit lib. 1. ab Urbe) à situ porrectæ in dorso urbis, Alba longa vocata est. Vulgatior fama est ab omni porcæ albæ ibidem inventæ, Albam esse dictam. ¶ Altera est ad lacum Fucinum, à qua Albenses dicuntur, αλέας: quamvis etiam Albani quandoque vocentur. Hoc addere placuit, esse & aliam Albam in Pannonia, olim Taururum, & Belgradum appellatam: nunc Albam Græcam. { GER. Grecisch reissenburg. } ¶ Item aliam, quæ Alba regalis dicitur, quod Pannorum reges in ea inaugurarī soleant, & iniungi. { GERM. Stilweissenburg. } ¶ Item tertiam in Transylvania, quæ Alba Iulia dicitur, principum Transylvaniæ sedes, & habitatio perpetua. ¶ Item Alba filius Latini, pater Epyti. Ovid. 4. lib. Fast.

Albi, αλές, nomen est duarum urbiutum, quarum una est in Latio, à qua Albani populi, αλέας, & Albanus mons, sub quo Ascanius civitatem hanc Albam condidit, quæ (ut Livius scribit lib. 1. ab Urbe) à situ porrectæ in dorso urbis, Alba longa vocata est. Vulgatior fama est ab omni porcæ albæ ibidem inventæ, Albam esse dictam. ¶ Altera est ad lacum Fucinum, à qua Albenses dicuntur, αλέας: quamvis etiam Albani quandoque vocentur. Hoc addere placuit, esse & aliam Albam in Pannonia, olim Taururum, & Belgradum appellatam: nunc Albam Græcam. { GER. Grecisch reissenburg. } ¶ Item aliam, quæ Alba regalis dicitur, quod Pannorum reges in ea inaugurarī soleant, & iniungi. { GERM. Stilweissenburg. } ¶ Item tertiam in Transylvania, quæ Alba Iulia dicitur, principum Transylvaniæ sedes, & habitatio perpetua. ¶ Item Alba filius Latini, pater Epyti. Ovid. 4. lib. Fast.

Albinus, αλέης, nomen Imperatoris Romani ita dicti, quod exceptus sit utero candidissimus, contra consuetudinem puerorum, qui nascendo solent rubore, quum involuti secundinis erumpente menstruo perliti esse soleant profluvio sanguinis pariter egreditur. Hinc illud Satyrici poëta.

modò primos incipientem

Edere vagitus, & adhuc à matre rubentem.

Vide Cælium Rhodig. lib. 15. cap. 23. ¶ Fuerunt & ante hinc plerique apud Romanos eodem nomine appellati: ex quibus commemorantur à Salustio Spurius, & Aulus, Albani fratres, qui rem feliciter

infelicitate gesserunt adversus Iugurtham.  
Albion, *άλεια*, Stephano, insula est ( hodie Britannia à doctis, à vulgo  
Anglia dicta ) ab albis rupibus, quas mare abliuit. { GERM. Engels-  
land. } Vide *Anglia*.  
Albion, & Bergion, *άλεια, και βέργια*. Gigantes fuerunt, & filii Neptuni, in Herculis gratiam à Ioue interfeciti. Hercules enim quum Rhodani ostia transiret, ei obviam facti hi duo fratres transitum eius im-  
pediverunt, quapropter Hercules cum eis pugnavit : & quum sibi  
tela deficerent, Iovem patrem in auxilium vocavit, qui lapidum im-  
brem demittens, inimicos eius interfecit. Autores Pomponius Mela,  
& Diodorus Siculus.

Albis, *άλβις*, fluvius est nobilissimus, quem Romani olim voluerunt  
esse terminum sui imperii. Oritur ex montibus qui Moraviam à  
Boemia dividunt. Suscepto deinde Molta fluvio, Pragam Boemorum  
metropolim prætersabitur. Influit in mare vastissimo ostio iuxta  
Hamburgum. Vulgus Germanorum hodie Elbam vocat. De hoc  
Lucan. lib. 2.

*Fundat ab extremo flavos Aquilone Suevos  
Albis, & indomitum Rheni caput.*

Vulgò Elb.

Albium intemelium, oppidum Ligusticum, Plin. lib. 3. cap. 3. Vide supra  
in dictione, *Albingaunum*.

Albius, proprium nomen viri. Horat. Serm. sat. 4.

— *stupet Albius are.*

{ Albius Tibullus poëta elegiographus, Horatio & Ovidio familia-  
ris. Horat. lib. 1. Epist.

*Albi nostrorum sermonum candide index.*

Hic Messalam Corvinum in Provinciam sequens, in Coreyra insula  
morbo correptus, extremum vitæ diem clausit. Vide Crinitum de  
poëtis Latinis.

Albo, as, Album facio, *λέυκης, λευκίνη*. { ANGL. To mak whyte. } cu-  
ius passivum Albor, aris, Albus sio. Unde & Dealbo ejusdem signifi-  
cationis. Curtius Ciceroni, Nec solere duos parietes de eadem fidelia  
dealbare.

Albogilérius, pileum capitum, quo flamines Diales utebantur. Fiebat  
enim ex hostia alba, Iovi caesa. Festus.

Albonenses, Liburniae populi in conventu Scardonitano. Plinius lib. 3.  
cap. 12.

Albōr, alboris, vide *Albus*.

Albucilla, apud Tacitum mulieris nobilis nomen est, sed admodum im-  
pudicæ, & multis adulteriis infamis.

Albucum, { αφροδίτης. GALL. Aphrodille. ITAL. Aphrodello. GERM.  
Weiß aphrodissen, goldwurz. HISP. Gamones. } Herba est scapum  
habens cubitalem, radicem similem multis napis simul coacervatis.  
Alio nomine Asphodelon, sive Hastulam regiam vocant.

Albuelis, uva genus. Plin. lib. 14. cap. 2. Albuelis summis arboribus est  
fertilior.

Albügo. Macula in oculo. { *תַּבְלִיל תַּבְלִיל*. τὸ λευκός, ὁ ὄφελος λευκός, λευκός, λευκός. } Plin. lib. 21. Qua alligata oculo albugines tolli di-  
cuntur. Idem Albuginem vocat album in ovo.

Albula, *άλβις*, fluvius ab albo colore aquæ, qui postea Tyberis à Tibe-  
rino Sylvio Albanorum rege ibi extincto dictus est. Livius, Pax ita  
convererat, ut Hetruscis Latinisque fluvius Albula, quem nunc Ti-  
berim vocant, finis esset. Ovid. 4. Fast.

— *& tanto est Albula pota Deo.*

Et 5. Fast.

*Albula, si memini, tunc mihi nomen erat.*

Albulæ (interpretē Galeno lib. 9. Methodi) dicuntur aquæ aluminosæ  
cutem lavantium mirum in modum adstringentes, & vulneribus me-  
dientes: cuiusmodi Strabo non paucas esse tradit in agro Tiburtino.  
Martialis lib. 4.

*Quod sicca redolent palus lacuna.*

*Cnidarum nebula quod albularum.*

Plin. lib. 31. cap. 2. Albulæ aquæ iuxta Romanum vulneribus medentur:  
egelidae haæ; sed Cutiliae in agro Sabino gelidissimæ. Suet. in Aug.  
c. 82. & in Ner. cap. 31.

Albulates, fluvius est in quinta regione Italie, Plin. lib. 3. cap. 13.

Album, promontorium Africæ, v. m. pass. fretum à Mellaria Hispaniæ vico  
diremptum. Plin. in proæmio lib. 3. { Est & alterum ejusdem nominis  
promontorium in Phœnicio, non procul à Tyro : de quo Plin. lib. 5.  
c. 19. Vide infra.

Albūmen, quod est in ovo album. { *χειρίτης*. GALL. Aubin-  
œuf, le blanc d'œuf, la glaire. ITAL. Chiaro de l'ovo. GERM. Das  
weiß in dem ey/ eierflaſt. HISP. Lo blanco, ò claro del huevo. ANGL.  
The whyte of an agge. } Vitellus vero quod croccum. Plin. lib. 26.  
cap. 28.

Albuna, Dææ nomen, quæ in nemore quodam agri Tiburtini coleba-  
tur. A Græcis dicitur *λευκή*, putaturque fuisse Ino Athamanis  
uxor, quæ viri suorum metuens, unæ cum Melicerta filio se in mare  
præcipitavit. Alii Sibyllam Tiburtinam fuisse existimant, quæ ob  
admirabilem sapientiam, humaq[ue] majorem, à vicinis populis dea  
credita est.

Albunæ, fons, & nensus iuxta Anienem, sive ab albo aquæ sulphureæ,  
sive quod Albuna, Latinè sit, quæ Græcè *λευκή* dicitur. Virg.  
Æneid. 6.

— *lucusque sub alta*

*Consultit Albunæ, nemorum que maximo sacro*

*Fonte sonat.*

Albürnum, adeps arboris. { *לְבָנָה בְּחֹלֶב הַאֲבָרִים*. פָּלָח לְבָנָה. εἰαρ δέρμα. GALL. L'aubour, l'aubir d'un arbre. ITAL.  
Rosa ò grasso dell' arbore. GERM. Das harz oder gummi so aus dem  
baum siegt. H 1 s 2. Alitura ò blanco de la madera. ANGL. The sap  
or soft part of a tree. } Plin. lib. 16. cap. 8. Humor in cortice arborum  
est, qui sanguis eorum intelligi debet. Est enim in toto corpore arbo-  
rum, ut reliquorum animalium, cutis, sanguis, caro, nervi, venæ, ossa,  
medullæ. Pro parte, cortex, humor sanguis, proximi plerisque adipes.  
Hi vocantur à colore alburum. Hinc exalburno, as, quod est Albur-

num detraho. Idem lib. 16. cap. 40. E reliquis arboribus siccissima  
lotos, deinde robur exalburnatum, cui nigricans color. Solent autem  
robora exalburnari, hoc est, alburno suo spoliari, eo quod ea pars ma-  
teriae sit inutilis, propterea quod faciliter cariem sentiat: eo autem  
detracto, quod reliquum est, adversus omnem corruptionis injuriam  
se prebet invictum. Id nonnulli esse existimant, quod à Theophrasto  
*μελαχρόιον* appellatur: quanquam ille hoc nomine potius quandam  
robotis speciem videtur designasse.

Alburnus, Lucaniae mons à candore verticis dictus, & portus ejusdem  
nominis. Virg. 3. Georg.

*Est lucos Silari circum, ilicibusque virentem  
Plurimus Alburnum volitans, cui nomen Asylo  
Romanum est.*

Alburnus, piscis apud Ausonium. GALL. Albe ou Allette. Fluvialis est;  
digitali magnitudine, aphyis albis sunilis, oculis magnis, rubescen-  
tibus, dorso subviridi, ventre candido: lincisque duabus distin-  
guitur.

Albulus, adject. diminut. ab Albus. Catull. Epigr. 27. in Iulium Ca-  
sarem,

*Vt albulus columbulus, Dionaeus.*

ALBVS, a, um, nomen coloris notissimi, quod à candido ita differt, ut  
Album pallori conjunctum sit, quale est plumbum: candidum vero  
splendoris, qualis est in nive. Itemque ut dicatur Album, quod natura  
sit; candidum, quod curâ. CORN. FRONT. de different. vocabul. { *לְבָנָה*, *χιουάρ*, *άλβις*, *άλβη*. GALL. Blanc. ITAL. Bianco. GERM. Weiß. HISP. Blanco. ANGL. whyte. } Albus, *άτερ*. Candidus, *ά* niger. Hæc antithesis non semper servatur. Plaut. Men. sc. 5.  
a. 5. Die mihi album, an atrum vinum potas? Idem Capt. sc. 4.  
a. 3. Corpore albo, oculis nigris. Et Ovid. Eleg. 5. lib. 3. Trist.

*Hoc utinam nitidi Solis prænuntius ortus*

*Aderat admisso Lucifer albus equo.*

Item, Albus quadrigis. Vide Quadriga. Festus vult album à Græco  
*άλβος* esse appellatum. Alii ab eo, quod Sabini Alpum dicunt. Unde  
credi potest Alpum nomen à candore nivium esse derivatum. Albus,  
an ater sis, nescio, solet dici de homine vehementer ignoto. Cic. in  
Philipp. Et quidem vide quam te amat is, qui albus, atrevo fueris,  
ignorans, fratris filium præteriit. Vide Quint. lib. 11. Catul. & Apul.  
Novit quid album, quid nigrum. *Οίδη τὸ λευκόν, καὶ τὸ μέλαν.* Du-  
plicem intentiam accipi potest: aut, Novit discrimen rectique  
pravique, aut, Novit id quod nemo vel indoctus ignorat. Nam evi-  
dentiis est albi nigrique discrimen, quam ut quisquam non videat.  
Aristoph. in Equit. Interdum per metaphoram Albus ponitur pro  
bono, aut felici, sicut è contrario niger pro malo, aut infeli. Cic.  
pro Cecin. de teste Sex. Clodio Phormione: Nec minus niger, in-  
quit, nec minus confidens quam ille Terentianus Phormio. Persius,  
Per me equidem sunt omnia protinus alba. Horat. Hic niger est, hunc  
tu Romane caveto.

Album, substantivum. Tabula alba, tabula gypso obducta, tabula  
gypsata. { *לְבָנָה*. *χειρίτης λευκός*, *εργαστήρας*. GALL.  
Tablettes enduites de blanc, pour y escrire ce qu'on veut, roule.  
ITAL. Tavola ingessata. GERM. Ein geweihte tafel. HISP. Tabla  
blanca en que se escriben las cosas publicas. ANGL. A table over-  
smeared with ani whyte colour to write on. } In albo Prætores edi-  
ctum, ex quo anno suo ius dicturi erant, scribabant, & in loco publico  
proponebant, ut omnibus cognoscendi esset potestas. Si quis vero  
album corrupisset, puniebatur, quia Prætoris majestas contempta vi-  
debatur. Paulus, Si familia alicujus album corruerit, non similiter  
hic edicitur ut in furto. Index ( inquit Seneca lib. 3. de benefic.) ex  
turba selectorum, quem census in album & equestris hæreditas misit.  
Hinc locus factus proverbio, Non eras in hoc numero. Plin. in prefat-  
tion. HISP. mund. Quum hanc operam condicerem, non eras in hoc  
albo: hoc est, non eras ex eorum numero, quos hæc lecturos crede-  
bam. Hoc & Pythagorium dicitur, ut in Alexandro Cæsare Lampridius,  
vulgò Matrix appellata. Similiter ea tabula dicitur Album, in qua  
singulorum annorum acta literis mandabantur à Pontifice maximo,  
proponebaturque domi ejus, ut potestas esset populo cognoscendi.  
Hique nunc Annales maximi nominantur, ut autor est Cicero lib. de  
Oratore. Est & Album decurionum & citharædorum. Nam in Di-  
gestis titulus est, de Albo, ubi docet Ulpianus quo ordine decurio-  
nes in albo scriptos esse oporteat. Albo adscribi, de Decurionibus,  
Suet. in Tiber. c. 51. Albo iudicium erat, Suet. in Claud. cap. 16. Al-  
bum describere dicitur accusator ante rejectionem iudicium. Fab.  
decl. 249. Potentius est quod in Albo lego ( i. Lex ) quam Testa-  
mentum. Fab. decl. 374. Ad Album sententiam ferre. Idem Quintil.  
decl. 63. Item ad Album sedere ( de I. C. opinor. ) Senec. epist. 49.  
Si ad nostrum Album verba dirigamus. Idem epist. 60. Vide Py-  
thagorium. Ponitur etiam Album absolutè pro arbore. Virg. in Eu-  
cœlicis,

— *sparsis etiam nunc pellibus albo.*

Idem 3. Georg.

*Nec mihi displicent matulis insignis & albo.*

Item pro placido, tranquillo. Varro Sesquilyffe: Adversi venti  
concederunt, album est mare.

Albarium, dicitur quod illinitur tectorio, quum paries pingendus non  
est, quod sit ex calce. { *מִצְחָה*. *χριστός*. GALL. Blanchissage ou  
crepissure de chaux. ITAL. Il bianco da imbiancare le case. GERM.  
Weisse mit dem man die roden weiss macht. HISP. La blanqueadura  
de la pared. ANGL. whyte morter, or such thing to sparge walles  
with. } Plin. lib. 35. cap. 16. Eademque lacte diluta, & tectoriorum  
albaria interpolantur. Albarium opus. Plin. lib. 26. c. 23. Contra in-  
albario opere: ut inacerata calx, seu glutinum hæreat.

Albatus, a, um, Albedine obductus, albis vestibus induitus. *άτρατος*.  
{ *לְבָנָה labusch laban*, *לְבָנָה labuschetur*. פָּלָח labuschetur. GALL.  
Vestu de blanc. ITAL. Vestito à bianco. GERM. Weiß gekleidet  
in weiß angethan. HISP. Vestido de vestidura blanca. ANGL. Cladde  
in whyte. } Cic. in Vatinium, Quum ipse epuli dominus ablatus es-  
set, tu in templum Castoris te cum C. Fidula atrato, ceterisque suis  
furiis

furiis funestum intulisti. Moris autem apud veteres fuit ut diebus festis albati essent, & cum convivia publica inirent: itaque eam ob causam Cicero Vatinium reprehendit, quod solus atratus esset in supplicationibus publicis, & diebus festis.

Albatus Iupiter, Gell. c. 15, lib. 10. Iovi immolata hostia albato.

Albavera, sunt gemmæ candidissimæ, quæ clausæ erant bullis, seu ornamentis orbiculatis.

Albedo, Albitudo, pro candore accipiuntur. { labán, ρον chur. ad. ḡns. GALL. Blancheur. ITAL. Blanchetta. GERM. Weisse farb. HISP. Blancura. ANGL. Vvhynesse, whyte colour. ¶ Plaut. in Trin. Et item alterum ad isthanc capitum albitudinem, Calliclem aiebat vocari.

Albōo, es, Albus sum. { ρον hilbin, ρον hilabbén. ad. ḡns. ad. ḡns. GALL. Eſtre blanc. ITAL. Eſſer bianco. GERM. Weiß ſein. HISP. Ser blanco. ANGL. To be whyte. } Virg. lib. 12. Æneid.

Campique ingentes offibus albent.

Cæſ. lib. 1. de bell. ciu. Albente celo, i. prima luce.

Albēſco, Albus ſio. { ρον hilbin. ad. ḡns. GALL. Devenir blanc. ITAL. Imbiancare, devenir bianco. GERM. Weiß werden. HISP. Emblanquecer. ANGL. To waxe whyte. } Virg. lib. 1. Georg. Flammārum longos à tergo albescere trāctus.

Ovid. 5. Faſt.

An quia maturis albescit messis ariftis.

Huius compositum est Exalbesco.

Albico, as, Albesco, aliquantulum albus sum. { ρον chavár. ad. ḡns. GALL. Eſtre aucunement blanc, devenir blanc & chenu. ITAL. Biancheggiare. GERM. Weißdächtig ſein. HISP. Blanquearse. ANGL. To be or waxe ſomerhat whyte. } Plin. lib. 22. Solidum ſemen congit in oculum, nec turbat, ſed ſe in caliginem contrahit: mutat colorē, & ex nigra albicare incipit & tumescit. Horatius.

Nec prata canis albicant pruinis.

Idem censendum de verbis ſimiliter terminatis, qualia ſunt Vellico, Fodico, Candico, Nigrico, Nutrico, & plerique alia, quæ oīnia diminutionem important actionis ſuorum primitivorum. Nonius ex Varro citat Albicatur paſſiū, pro Albescit: Ubi rivus precipitat, deorsum rapitur, atque offendit aliquo à ſcopulo lapido albiatur.

Albicasco. Albicascit Phœbus, Gell. c. 15, lib. 15.

Albīdūs, a, um, quod eſt aliquantulum album. { ρον chavár. ad. ḡns. GALL. Blanchafre, tirant sur le blanc. ITAL. Alquanto bianco. GERM. Weißdächtig. HISP. Blanquezino, ó blanco un poco. ANGL. ſomerhat whyte. } Ovid. lib. 5. Metam.

Spumaque pefiferos circumfluit albidariſtus.

Col. lib. 2. c. 9. Quod extrinſecus albidum, intus etiam conſpicitur candidum, laeve, &c. Auguft. lib. de Civit. pro albo poſuit, Lapiſes igne candente percocti, & ipſi ſunt candidi. Et quamvis ille magis tubeat, illi albido colore niteſcant: congruit tamen illi luci, quod album eſt, ſicut nigrum tenebris.

Albōr, oris, Albedo. { ρον labán. ad. ḡns. GALL. Blancheur. ITAL. Albore, bianchetta. GERM. Weiß. HISP. Blancura. ANGL. Vvhynesse, whyte colour. } Varto, Qui vident alborem ejus admirantur. ¶ Alborem Apitius vocat, quod eſt album in ovo, quod Plinius Albulinem appellat, medici Albumen.

Albicālūlī, ad. ḡns. ψῆφοι, dicebantur, quibus Cretenses dies lætos, quos in vita agerent, numerare solebant: nam candidos lapillos ad hoc officium eligeant; quemadmodum è contrario infelices, atque infiſtos dies nigris lapillis signabant, & ex candidorum numero vita tempus metiebantur: malos enim dies in annorum numeros non redigebant. Huc alludit Horat. in Epif.

Hunc Macrine diem ſigna meliore lapillo.

Albus spinus, à vulgo Gallorum appellatur frutex, ſive arbuſcula spinosa, pruni magnitudine: acinis, quum pubefcunt, viridibus; quum matuererunt, rubris. Vide Ruell. lib. 13. c. 12.

Albutius Silus, Novariensis orator, Rōman venit, receptus in Planci oratoris contubernium. Iam verò ſenior ob vitium vomicæ Novariam rediit, convocatāque plebe, cauſis propter quas mori deſtituſet, in concione redditis, abſtinuit cibo, ſibi que inedia neceſſitavit, ex Tranquillo. ¶ T. Albutius, cuius M. Varro meminit, dicitque ſcripſiſe Satyras Luciano ſtylo. Nam & Lucillus eum ut Græca miſcentem verba, notat his verbis,

Græcum te, Albuti, quām Romanum atque Sabinum, &c.

Vide reliqua apud Ciceronem in princip. de Finib.

Alceū, Leo dicitur, δός τὸ ἀλκέας, hoc eſt, à fortitudine, quod caudæ inicitamento ad fortitudinem excitetur. Cælius lib. 7. c. 29.

Alceūs, ἀλκεῖδης, cum diphthongo, nomen poëta Lyri Mitylenæ. Hic magnificus, brevis, diligens, & plurimum Homero ſimilis. ¶ Alceūs item vocatus eſt Alemenæ filius, cui poſt Herculis cognomen eſt inditum: non quod propter Iunonem ſit gloriam adeptus, ſed quia virtutem priſci illius Herculis Aegyptii imitatus. Diod. lib. 1. c. 1. ¶ Alceūs item fuit Amphitryonis pater, avus Herculis: unde Alcydes dictus eſt. Sed alii ſcribunt Alceus, Græcè ἀλκέας.

Alcaicum metrum, ἀλγαρή μέτρον, quod poſt duos daſtylos trochaicam habet ſyzygiam: quale eſt illud apud Horatium,

Hesperie mala luſtuſa.

Nomen autem accepit ab Alceo inventore.

Alcamenes, ἀλκαμένης. Nobilis ſtatuarius fuſit, Phidia discipulus, qui Agoracritum Parium condiscipulum in facienda Venere, populi Atheniensis ſuffragiis ſuperavit. Plin. lib. 36. c. 5.

Alcander, dris, ἀλκανδρης, unus e comitibus ſarpedonis Lyciae regis, ab Ulyſſe ad Troiam occiſus. Ovid. 3. Metam.

Alcānōr, ἀλκανός, viſi proprium, cujus mentionem facit Virgil. lib. 3. Æneid. 10.

Huic frater ſubit Alcanor, &c.

Alcarmes, ſive Garmes Punica lingua, dicitur coccus, ſeu vermiculus, ex quo fit coccineus ille color, quem inde Carmesinum vocant. Ruell. lib. 2. c. 136.

Alcathoē, ἀλκαθόη, urbs eadem eſt putatur, quam alio nomine Megaram

vocant. Ovid. 9. Metam.

Alcathoe quam Niſus habet.

Alcathous, ἀλκαθόη, Pelopis filius, qui caedis Chrysippi fratris ſupe-etus, Megaram venit, occiſoque leone, qui Cirrhaeronius à loco dicitur, adſcitus à Megareo gener, in regnum illi ſuccedit, & urbem Megaram Alcathoen appellavit. ¶ Alcathous aliud eſt Troianus, qui Hippodamiam Anchisæ filiam in uxorem habuit, & in pugna apud Troiam ab Idomeneo Creteſi occiſus eſt.

Alce, ἀλκη, canis nomen, apud Xenoph. de Venatione.

Alce, nomen meretricis. Vide Gell. lib. 4. c. 11.

Alce, jumento ferè ſimilis bestia, in Asia & Africa, ni proceritas aurium & cervicis diſtinguat. Plin. lib. 8. c. 15.

Alcea, { ἀλκε. GALL. Guimauve ſauvage ou rustique. ITAL. Malva ſalvatice, buon vifchio. GERM. Sigmar wurtzel. HISP. Malva de Vngria, malva montesina. ANGL. Awoylde malowe. } Herba eſt ſylvestrium malvarum generi assignata, folia habens verbenacæ. Plin. lib. 7. cap. 4. Alcea folia habet ſimilia verbenacæ, quæ & Periſtreon cognominatur.

Alcedinēs, ſunt quædam aveſ, dictæ quaſi algedines, quod frigidis temporibus in mari pariant, ἀλκυόνις. Plautus, Nam herele tu perifiſt, niſi illam tam tranquillam facis, quām mare eſt olim, quum alcedo pullos educat ſuos. Dicta eſt à Græcis, ἀλκυόνις, vel ἀλκυών, ma-ρε το εἰ ἀλκυόνις, ab eo quod in mari fœtus excludat. Ambroſ. lib. Hexaēm. Halcyone eſt avis maritima, quæ in littoribus fœtus ſuos edere ſolet: ita ut arenis ova deponat medio ferè hyemis: nam id temporis foventis habet depravatum partibus, quando maximè inſurgit mare, littoribusque vehementer fluctus illiditur, quo magis repentina placiditatis ſolennitate avis hujus eluceret gratia. Namque ubi undofum fuerit mare, poſitis ovis ſubitò mitelicit, & omnes cadunt ventorum procellæ, flatulque aurarum quiescent, ac placidum ventis ſtat mare, donec ova fovent halcyone ſua. Septem dies fœtus ſunt, quibus decurſis educat pullos illici: alios septem adjungit dies, quibus entriat partus ſuos, donec incipient adolescere. Tantum autem beneficium avicula haec divinitus ſibi datum habet, ut hos quatuordecim dies naucti piaſumptæ ſerenitatis obſervent, quos & Halcyonidas vocant, quibus nulli motus procelloſa tempeſtatis hoireſcant. Hinc poēta anſam fabulandi arripuerunt, Halcyonem filiam Eoli ſuile, qui in gratiam filiæ, dum illa in littore ova parit, & fœtus educat, ventos inclusos ſeruat. Ferunt hanc avem paulo majorē eſſe paſſere, pennis purpureis, candidis admixtis, collo gracili & procero, roſto ſubviridi, longo & tenui, raro viſam. Aristot. lib. 8. de Animal. Halcyonum duplex genus eſſe ſcribit: alterum vocale, arundinibus inſidens: alterum mutum, ampliori corpore. ¶ Ab Halcyone fit Halcyonius, a, um: ut Halcyonii dies, ἀλκυονίδης ημέραι, fitque à Græco ἀλκ., quod mare ſignificat: unde etiam per aspirationem ſcribendum videtur Halcyon ( quum Alcedo Latinis ſine aspiratione notatur.) Eustathius tamen contra etymi rationem ἀλκυόν, tenui ſpiritu notandum tradidit, adjecto etiam generali canone, quo negat vocabulum ullum eſſe aspirandum, quod initium ſumat ab αλκ., ſubsequente κ.

Ambigatus, Celtarum rex fuit, qui ubi maiorem vidit ſuorum multitudinem, quām ut commodè ab ea regione ali possent, Bellovaci & Sigovesum ſororis ſuæ filios cum magna Senonum parte ad querendas novas ſedes, alterum in Italianam, alterum ad saltus Hercinios mi-ſit. Vide Liv. ab Vrb. cond. lib. 5.

Āmbifāriām, bifariam. Apuleius in *Apologia*. Item Zenonem illum antiquum, Velia Oriundum, qui primus omnium dictionem ſolertiſſimo artificio ambifariam diſſolueret.

Ambiegna, bos augurum, quam circum aliae beſtiæ conſtituebantur. Vari. de L.L.

Ambigena, hermaphroditæ & androgyni. Blesenſ. epift. 90. Ambigena non generat, reſte Hippocrate.

|| Ambigenes, loca flexuosa. Pap. ||

AMBIGO, is, ex Am & ago, propriè ſignificat circumago, circumdo. { סַבַּבָּה. סַבְּבָה. } August. Quibus muris ambigere. Unde & Ambactus, & Ambages. ¶ Item Ambigere, eft dubitare. { פָּרָעַן pun, חַלְלָה. ἀμφιστέρ, σύρειν. GALL. Eſtre en doute, eſtre en diſſerent. ITAL. Dubitare, ſtarre in dubio. GERM. Zweifeln/ in einem zweifel ſtehn. HISP. Dudar. ANGL. To bring about, to doubt. } Inter-dum ponitur pro litigare, & controverſiam moveare. ἀμφιστέρ. Terent. in *Heaut.* Simo & Crito, vicini nostri hīc ambigunt de finibus: me accepere arbitrum. Ambigendi naturam habere. Cic. 3. de *Orat.* Omnis igitur res eadem habet naturam ambigendi, de qua quæri, & diſceptari potest. Hic Ambigendi videtur accipi paſſivè. Non enim res ambigit, ſed ambiguitur & controvertitur.

Ambiguitur, impersonale, diſceptatur. Cic. 3. Verr. Si de hæreditate am-bigitur.

Āmbigūs, a, um, dubium, quod in ambas agi partes potest. { תְּלִוְתָּלָעַי, תְּלִוְתָּלָעַי. } August. Quibus muris ambigere. Unde & Ambiguo, dubio. GERM. Zweifelhaftig. HISP. Cosa dudosa à dos partes. ANGL. Ambiguouſe, doubtſome. } Liv. 6. ab Vrb. Nunquam ambigua fide in amicitia populi Rom. fuerunt. Idem lib. 7. bell. Pun. Ambiguo inter marem & fæminam ſexu. Androgyni. Ovid. Eleg. 3. lib. 4. Trift.

*Cur labat ambiguo ſpes mea mixta mea.*

Gell. cap. 30. lib. 15. per ambiguum ætatem non eſt receptus in Athle-tas. Idem cap. 16. lib. 3. Non ambigua pudicitia mulier. Ambiguum nullum eſſe verbum, & contrà Gell. cap. 12. lib. 11. Item, Quicquid incerti & ambiguum in animo fuit, nunc liquet. Plaut. ſe. 4. a. 2. in *Pseudolo.* Ambigi iuriſ loca. Suet. in Auguſt. cap. 32. Ovid. 13. Metamorph.

*Non foret ambiguus tanti certaminis haeres.*

Lib. 1. ad *Heren.* Ex ambiguo controverſia naſcitus, quum ſcriptum duas ſententias, aut plureis ſignificat, hoc modo: Tullius meus hæres Terentiæ uxori xxx. pondo vasorum argenteorum dato, quæ volet. Post mortem eius pretiosa vafa, & cælata magnificè petit mulier. Filius ſe, quæ ipſe vellet, in trīginta pondo ei debere dicit. Constitutio eft legitima ex ambiguo. ¶ Habet etiā Ambiguus nonnunquam genitivum, quemadmodum & dubius, Corn. Tacit. lib. 2. Tiberium anceps cura diſtrahere, vīne militum ſervum ſuum coērceret, an inanem crudelitatem tempore vanescere ſineret, ambiguius pudoris, ac metus reputabat.

Ambiguitas, dubia, anceps & incerta verborum poteftas. { מְבֻכָּה, מְקֻלָּה, מְקֻלָּה לְקָהֶת. ἀμφιστέρ, αμφιστέρ. ITAL. Ambiguità, dubiosità. GERM. Zweiflung. HISP. Aquella duda de amba parte. ANGL. Ambiguitie, doubtſomneſſe. } Cic. de In-vent. 1. Sed nobis ambiguitate nominis videntur errare. Ambiguitas nominis eft quod ēquivocationem vocamus.

Ambigūc, adverbium, dubiè. { ἀμφιστέρως. GALL. Ambigument, dou-teusement. ITAL. Dubiosamente. GERM. Zweifelhaft. HISP. Dudo-samente. ANGL. Doubtſomelie. } Cic. 3. Academ. Si quid ambigūc dictum fit.

|| Ambimanus, ἀμφιξ. ꝑ. Gloſſ. qui ambabus manibus utitur. ||

Āmbiō, is, ivi, vel ii, tum, ex Am, & eo, is, permutatione e in i, & b interpoſita. Undique cingo, circumeo, concludo. { סַבַּבָּה, ἀμφικόπη. xun̄ow, աւենի. GALL. Environner. ITAL. Girare. GERM. Umbeghn/vomgeben. HISP. Rodear y cercar. ANGL. To compaſſe, to go about, to environne. } ſive etiam qui ambient palmam histrioni-

bus, Plaut. prolog. Amph. Ambire magistratum ſibi, alteri ve. Ibi Virtute ambire oportet, non favoribus. ibid. Ambienti ut ſolvetur legibus, ( id eft, petenti. ) Suet. in Caſ. cap. 18. Virg. 6. *Eneid.*

Querapidus flammis ambit torrentibus amnis. Julius Firinicus, Pompeii poſt tot triumphos ad Nili ſuminis ripam cervices invictas, & regias, & quas toties purpura triumphalis am-bierat. ¶ Per translationem vero ambire ponitur pro blandiri, interpellare, παραγγέλνειν, πενιεῖν. Virg. lib. 4.

— quo nunc reginam ambire furentem

Audeat affatu.

¶ Quoniam vero Romani, dum honores & magistratus quererent, circumire ſingulos solebant, penſare dextras, rogaréque ut ſe ſuffragiis adjuvarent: factum eft, ut Ambire capiatur pro honores quæ-re-re, παραγγέλνειν, φιλοποιεῖν. Cic. 11. Phil. Quod si comitia placet in ſenatu habere, petamus, ambiamus, tabula modò nova detur nobis, ſicut populo data eft. ¶ Interdum etiam ſignificat ſimpliciter deſide-rare. Hier. ad Damafum: Nihil aliud ambiunt, quām ut autoritate communioſis noſtrae fulti, treis hypotafeis cum antiquo ſenu pre-diſent. Auguſt. lib. 8. Confefſ. Quælo te, omnibus iſtis laboribus no-ſtris, quō ambiimus pervenire, quid quærimus.

Ambiō, Circuitio, { טַבָּד mesab. περιοδός. GALL. Environnement, am-bition, appetit d'honneur. ITAL. Aggrata, ambitione. GERM. Ehrgeizigkeit. HISP. Rodeo, Codicia de horas. ANGL. Going about, desire of honour, ambitione. } Ambros. ſinus in quo Christus re-quiefcit, non corporis gremio præparatū, nec veftimentorum ambi-tionē componitū, ſed virtutum operatione colligitur. ¶ Sumit & pro rerum magnarum, honorum, & imperiorum ſcilicet, immoderata cupiditate. { גָּדוֹן għaón, גָּדוֹת għaaváh, גָּדוֹת għathhuth. } Cic. 2. Tusc. Quid de noſtri ambitionibus, quid de cupiditate ho-norūmque contentio, φιλοτιμία, Græci appellant. Ovid. Eleg. ult. lib. 4. Trift.

Sollicita fugax ambitionis eram.

Liv. ab Vrb. Querente petitore quod ius ſibi per ambitionem dictum non eſſet. Item, Magna ambitione fuit ( id eft, magna petitio, contem-tio. ) Liv. lib. 5. d. 4. Item, Ambiō pro gratia. Liv. lib. 3. d. 4. Per am-bitionem, i. gratiam: nam dicitur paulo poſt gratioſa miſſio. Per ambitionem data civitas. Sueton. in Caſ. cap. 29. Item Suet. in Orb. cap. 4. Nullum officii, aut ambitionis genus in quemquam omittere. Ambiō etiam ſtudium conciliandæ gratiæ ſignificat. Cicer. Verr. 4. Si abs te pater tuus iſtam rem alicuius amici roguatu, benignitate, aut ambitione inductus petiiffet, &c. Idem ad Quint. Frat. Præſertim quum mores ad nimiam lenitatem atque ambitionem incubuerint. Et hinc ambitionis decretā dicuntur, quæ ſunt in alicuius gratiam con-ſeſſa, ab Ulpiano l. 3. D. de minoribus. ¶ Ambiō, ipla actio ambiendi. Fest. ||

Ambiōsūs, qui immoderatè appetit honores. { גָּדוֹן għeħħ, גָּדוֹן leb. φιλοτιμία. GALL. Ambitieux, qui brigue ou pourchaffe honneur. ITAL. Ambitioso. GERM. Ehrgeizig/ der nach ehren ſteht. HISP. Codicioſo de horas. ANGL. whicis desyreh honoures great-lie, ambitious. } Cic. in Salust. Si forte fu in honoribus petendis nimis ambitionis. Item pro Flac. Qui ambitionis eft, ut nos omnes quotidie perſalutet. Ambitiosus dicitur, & qui ambit, & qui ambitur. Gell. c. 12. lib. 9.

Turbaque cœleſtes ambitionis ſumus.

Ovid. 5. Faſt. Ut ambitionis pauperis ſupelleſ. Fab. Quintil. c. 14. lib. 2. Ambitiosus in diem. Senec. cap. 1. de Tranq. vita.

Quod precibus peritis ambitionis ſuis.

( Semele. ) Ovid. Eleg. 3. lib. 4. Trift.

— pronato Carula mater

Ambitiosuſ ſuo.

Idem 13. Met. ¶ Dicitur etiam ambitionis, qui habitu, ſermone, vul-tu, denique modis omnibus misericordiam captat. Quint. lib. 1. Non ſum ambitionis in malis, nec lacrymarum cauſas augere volo; uti-nam eſſet ratio minuendi. Ovid. lib. 3. de Ponto.

Sed tamen hoc factis ad junge prioribus unum.

Pro noſtriſ ut ſis ambitionis malis.

¶ In propria ſu significatione ſignificat quod magni ambitus eft, ſive multa ambiens. Plin. lib. 5. cap. 15. Amnis amēnus, & quantuna locorum ſitus patitur, ambitionis.

Ambiōſe. Cicer. ad Attic. Petivit à me ut eius orationem ne ambi-tiōſe corrigerem. ¶ Ambiōſuſ. Idem in Epif. fam. Quum in iſto genere multo etiam ambitionis facere ſoleam, quām honos meus & dignitas poſtulat.

Ambitor, is, Lampridius in Alex. Severo, Ita & patronis authoribus damnatus ambitor eft. De quodam loquitur, qui per ambitionem ad militiam aspiraſſer.

Ambitūdo, ambitus, ἀμφιστέρ, Apuleius in *Hermetis Asclepio*, Tem-pus autem quod definitur, poſt vel numero, vel alternatione, vel per alterius ambitionem rediens aeternum eſſe.

Ambitūs, a, um, partic. Circumdatuſ, κυκλήθρη. Ovid. 1. Metam.

Inſiſt & ambiſa circumdare littora terra.

Ambitūs, us, nomen, propriè circuitus. { סַבַּבָּה, περιοδός, περιοδός. GALL. Vn circule, circuit, ou tour. ITAL. Giro. GERM. Umb-gang/vomkreis. HISP. Rodeo. ANGL. Compafſing. } Cic. de Vniu. Quum ſe octo anbitus, confeſtis ſuis cursibus, ad idem caput re-tulerint. ¶ Ambitus aedium dicebatur locus inter aedificia relictus, pe-dum duorum & dimidiati: ab ambiendo dictus, quod domum ambi-ret, vel quod per eum domus poſſet circumque ambiri. Festus. Cicer. in Top. Qu. Scævola id eſſe ſolum ambitus aedium dixit, quantum communis parietis tegendi cauſa teſtum projeſceretur. ¶ Et quo-niam qui honores petebant, ſi virtuti, aut meritis diſſiderent, tribus circumire ſolebant, eaque aut largitionibus, aut pollicitiſ corrum-pe, factum eft, ut Ambitus poſtūr pro criminē honoris malis ar-tibus affectati: quod severiſſimiſ apud Romanos legibus coērc-e-batur. Cic. 2. de Orat. Rarò illud datur, ut poſſis liberalitatem ac be-nignitatē ab ambitu atque largitione ſejungere. Idem ad Quint.

Fiat.

**Fratr.** Schatus consultum factum est de ambitu, in Afranii sententiam. In ambitu stare, i. ante ostium, vel ante domum. P. Valerius de nece M. Antonii oratoris. ¶ Item, Ambitus, pro ambitione, de eo, qui famae studet, & videi bonus. Fabius, proprio quodam ambitu eligendi, i. iudicio ambitioso. Idem Fab. Quintil. ¶ Capitur interdum pro captatione misericordiae, quam habitu, vultu, gestu, & oratione, praesentium commiserationem aucupamus. Quint. Si juvenis innocentissimus, Iudices, uti vellet ambitu tristissima calamitatis, poterat allegare vobis amissam in oculis omnium cogitationum temeritatem, id est, misericordiam captare ex commemoratione malorum. ¶ Est item Ambitus, prolixior verborum circuitus, ex colis, hoc est, membris & commatibus constans: Græci *περιπέτης* vocant. Cic. *de Clar. Orat.* Comprehensio, & ambitus ille verborum, si sic Periodon appellari placet. Idem in *Orator.* Arguti, certique, & circumscripsi verborum ambitus. Suet. in *Tib. cap. 71.* pro periphrasi.

**Ambix.** Hcf. *ἀμβέλης*, *ξενίτης*, *καρδίας*, est nomen vasorum, quo ita fermè utebantur, ut nos hodie co, quod sermo vernacularis alambicum vocat. ¶

**Amblothridion,** *ἀμβολαθρίδιον*, Pharmacum abortum faciens.

**Amblyopia,** *ἀμβλοψία*, oculorum hebetatio, ab *ἀμβλόδησι*, obtusus, & *ἄψι* visus. ¶

**Ambo.** Ex Græco *ἀμφος* videtur deductum, & non dicitur nisi de duabus, quæ præcesserint. ¶ *שְׁנַי schenihem.* GALL. Tous deux ensemble. ITAL. Ambidue, l'uno & l'altro. GERM. Beidsembdt. HISP. Dos juntamente en numero. ANGL. Both the two. ¶ Plato & Aristoteles ambo Philosophi. Ter. in *prot. Andr.* Qui utramvis recte norit, ambas noverit. Idem *Mofell. sc. 4. a. 1.* Iacentes tollit nos ambos aliquis. Uter eratis major natu? æquè ambo pares (suprà duo.) Idem *Men. sc. ult. a. 1.* Gemini ambo eramus. Ibid. In patriam redeamus ambo. Ibid.

*Si simulasse vocas crimen, simulavimus ambo,*

Ovid. *Metamorph.* Ostende manum. Ambas profero. Plaut. *Aul. sc. 3. a. 4.* Quæ me ambæ obsecraverint. Idem *Milt. sc. 1. a. 1.* ¶ Vel cum hac dictione Duo: ut, Vidi duos homines, ambos mihi amicos. ¶ Vel quum de his loquimur, quæ tantummodo sunt duo: ut, Perdidì ambos oculos, & ambas manus. Cicer. *de Divin.* Quorum amborum generum una ratio est. Ambabus manibus haurire, *ἀνθεῖς*, *ἀπορίγιος*, tubaudi *μετρίας*. De iis dici confuevit, qui summo conatu quippiam agunt. Itidem Aristoph. in *Equitib.* ¶ Accusativum facit communiter ambos, sed tamen reperitur etiam Ambo in accusativo, imitatione Græcorum: illi enim *ἀμφος* dicunt. Faciam vos ambo, Plaut. *Cure. sc. 4. a. 5.* (hic Ambo est in 4. casu.) Sic & in *Amph.* Erroris ego ambo illos & dementiae complebo (pro Ambos.) Puer ambo angues enecat (pro ambos.) Ibid. *sc. 2. a. 5.* Afranius in *Pantaleo*, Revocas nos ambo ad prælium. Terent. in *Andr.* Hem Charine, ambo opportunè vos volo. Maro *Georg. 4.*

*Verum ubi ductores acie revocaveris ambo.*

Idem in *Bucol.*

nam sapientex spe carminis ambo Luserat.

Sosipater *lib. 1.*

**Ambo,** nis, pulpitum, apud authores Ecclesiasticos.

**Amboñes,** *ἀμπελονες*, five *ἀμπελονες*, calicis genus. Ulpian. *D. lib. 33. tit. 7. l. 13.* Ambones, calices, trullæ. Vbi tamen mendosè legitur *Ancones*.

**Ambraciā,** *ἀμβρακία*, vulgo *Arta*, urbs in Epiro, Pyrrhi regia, ab Ambrace rege, Thesproti filio, à quo proximus sinus Ambracius dictus est. *Gell. cap. 16. lib. 7.* Ex Ambracia hœdi optimi.

**Ambraciēnsis**, & Ambraciotes, five Ambraciota, *ἀμβρακιώτες*. Ex hac urbe originem traxit Theombrotus, Ambraciota dictus, qui quum Platonis librum de æternitate animarum perlegisset, præcipitem se dedit in mare.

**Ambro,** devorator, consumptor patrimoniorum, decoctor, luxuriosus, fulsus. Festus, *Ambrones fuerunt gens quadam Galica, qui subita inundatione maris cum amississent sedes suas, rapinis, & predationibus se suosque alere cœperunt: eos, & Cimbros, Teutonicosque C. Marius delevit, ex quo tractum est, ut turpis vita homines Ambrones dicerentur.* Mitto quod de Ambronibus dicit, aliter narrari ab Strabone.

**Ambricēs.** Sunt perticæ, quæ transversè asseribus & regulis interponuntur, ut inquit Festus. Ubi per asseres, cantherios etiam intelligimus. Imbrices vero tegulae, quibus incurvis domus tegiuntur.

**Ambrōnes.** Gentes quadam Gallæ, qui subita inundatione maris quum sedes suas amisissent, rapinis se alere cœperunt. Hos cum Cimbris, Teutonicis que Marius delevit. Hinc tractum est, ut turpis vita homines, Ambrones dicantur. Ita Festus. Vide de hoc latius in Epitom. *lib. 68.* & Plut. in *Vita Mar. 1.*

**Ambrōstā,** *ἀμβρόσια*, Latinè immortalitas dicitur, ab æ privativa, & *βερος* mortal is: vel quia mortales eam non comedunt, vel quia qui comederent, efficerentur immortales: sed *μετα* interponitur ob euphoniam. Fabule ferunt esse deorum cibum, nectareque potionem. Ex quo illud Martialis,

*In piper ambrōsia satur est, & nectare vivit.*

Cic. *lib. 1. Tusc. Quest.* Non enim Ambrosia deos, aut nectare, aut juventure pocula ministrante lætari arbitror. ¶ Diofsc. Ambrosiam scribit Romanis vocari Caprum sylvaticum, aliis Botrym, aliis Apium rusticum. Plin. herbam esse scribit odore non iniuncto, vagi nominis, & circa varias herbas fluctuantem. ¶ Ambrosia alendus, proverbiali figura dicitur, qui est egregius, & velut diis æquandus, quum ambrosia deorum cibo mercatur ali. ¶ *Vfus est Cic. lib. 2. de Orat.*

**Ambrōsiūs,** a, um, Pro immortalī, divino, odorifero, fragrantī. Virgil. *2. Aeneid.*

*Ambrosia que coma divinum vertice odorem Spiravere.*

**Ambrosius,** *ἀμβρόσιος*, proprium nomen, divinus, seu immortalis dicitur.

¶ **Ambrum,** gemma nigri coloris. Turn. ¶

**Ambrysus,** *ἀμβρυσος*, nomen est duarum urbium, quarum unam Strabo locat in Phocide, alteram in Boeotia. ¶ Est & hoc nomine fluvius

Magnesia, iuxta quæ Apollinem Admeti regis petris pavisse Poëtas fabulantur. Alii scribunt Amphrysus. Vide *infra*.

**Ambubaiæ,** sunt ( Porphyrione autore ) mulieres vagæ, ac viles, quibus nomen ab ebrietate balbutientium verborum videtur esse indicum. Nonnulli Ambubaias, tibicinas Syriaca lingua putant dici. Horat. Ambubaiarum collegia, &c.

**Ambubēia,** herba est quam alii Ambugiam, alii Intubum agrestem, & notiori nomine Cichorium appellant, *κυράσιας*.

**Ambulācrum,** vide *Ambulo*.

**Ambulatri,** à Plin. *lib. 4. cap. 19.* referuntur inter populos Gallæ Aquitanæ.

**AMBVL̄O, as, Eo, incedo, iter facio, inambulo, deambulo.** { *לִלְחָה*.

*βαδίζω, πορεύομαι.* GALL. Aller, cheminer, se pourmener. ITAL. Andare, caminare, passeggiare. GER M. Wandern, gehn, spazieren. HIS P. Andar, passearse. ANGL. To go, to walk. ¶ Cic. Attic. Si enim reed ambulavit is, qui hanc epistolam tulit, in ipsum tuum diem incidit. Plin. *lib. 10. c. 66.* Mures Ägyptii bipedes ambulant, ceu Alpini. Item, Ambula in ius. Non eo. Plaut. *Cure. sc. 2. a. 5.* In medio foro boni & dites ambulant. Ibid. *sc. 1. a. 4.* Demiror ubi nunc ambuleret Messenio. Idem *Men. sc. 1. a. 5.* Sinito ambulare, si foris, si intus volet (captivos.) Capt. *sc. 1. a. 1.* Si non ubi sedeas locus est, est ubi ambules. Ibid. Prolog. Qui hoc noctis solus ambulet. Idem *Amph. sc. 1. a. 1.* Bene ambula, & redambula. Idem Capt. Eo ad forum: nisi quid vis. Da. Etiamne ambulas? Idem *Afin. sc. 1. a. 1.* Bene ambulato (alloquitur discedentem.) P. Bene vale. Idem Capt. *sc. 2. a. 2.* Insanine estis? Quæ dum? Sic quia foris ambulatis. Idem *Asin. sc. 2. a. 2.* Nisi ambulaviz dormiens in tegulis. Idem *Milt. sc. 3. a. 2.* Prius jam convivæ ambulare ante ostium, quæ ego oblonatu redeo. Idem *Men. sc. 2. a. 2.* Non domi est: abiit ambulatum (animi causa.) Idem *Milit. sc. 2. a. 2.* ¶ Transfertur etiam ad alia, ut quum dicimus, Ambulare maria. Cic. *2. de Fin.* Ambulant naves, Cato *de re rustic.* Gell. *cap. 26. lib. 10.* Amnis & mare, quæ naves ambulant. Ambulant aves, Plin. *lib. 10. cap. 18.* Ambulat hoc caput per omnes leges. Plin. *lib. 18. cap. 50.* Hoc primum antiquis cœnarum interdictis exceptum invenio iam lege C. Fannii. Et paulò post, Quod deinde caput translatum per omnes leges ambulavit. Quasi dicat, pervagatum est, utpote in legibus passim repetitum. Ambulari, passivum in 3. personis. Plin. *lib. 23. cap. 14.* Si statim bina stadia ambulentur. ¶ Huius composita sunt, Anteambulo, ante alios ambulo, à quo Anteambulones, *ἀντεμπορτες*, dicti sunt stipatores & satellites, qui honoris gratia comitando principem soleat præcedere. Suet. in *Vesp.* Dum eum itidem per contumeliam anteambulonem fratres appellant. Martial. *lib. 3.*

*Sum comes ipse tuus, tumidique anteambulo regis.*

**Deambulo,** vide alibi. Inambulo, spatius. Redambulo, i. ex ambulatione redeo, vel simpliciter redeo. Plaut. *Capt. sc. 1. a. 4.* Bene ambula & redambula. Et propriè inambulare est Peripateticorum, qui deambulantes disputare consueverunt. Obambulo, adversus alios ambulo; & quasi ambulanti oppono, ascendo. Perambulo, per aliquid, sive ad finem usque ambulo.

**Ambulatō, ἀμβολάτης** halichah. βαδίσεις, πορεία. GALL. Allée, pourmenement. ITAL. Passeggiamento. GER M. Spazierung. HIS P. Aquella obra de andar passeggiando, passo. ANGL. Walking, going, pourmening. ¶ Ipse actus est ambulandi. Cic. *5. de Finib.* Constituimus inter nos, ut ambulationem pomeridianam conficeremus in Academia. ¶ Est & locus ad ambulandum, & idem quod ambulacrum. Vitruv. *lib. 5. cap. 9.* Circa theatra sunt porticus & ambulationes. Cic. *ad Quint. Fratr. epist. 17.* Sed tamen ei nihil restabat præter balnearia, & deambulationem, & aviarium. Suet. in *Aug. cap. 1.* Ambulatio-nes in urbe.

**Ambulatū, ἀμβολάτης**, diminutivum. { *וְעֵינֶת עֲדֵיר וְתַּרְמָאָת*. GALL. Petit pourmenoir. ITAL. Passeggiamento picciolo. GER M. Ein gän-gle. HIS P. Pequeño lugar para passeggiare. ANGL. A little walking or, pourmening place. ¶ Cic. *ad Cat.* Cum una mehercule ambulatiuncula, cùmque uno fermone nostro omnes fructus provinciae non confero.

**Ambulatō, qui huc, & illuc ambulat.** { *לִלְחָה*. GALL. Qui aime à se pourmener. ITAL. Caminatore. GER M. Wandeler, spazierer. HIS P. El que anda como passeggiando. ANGL. That walketh bither and thither, a rumer. ¶ Colum. *lib. 8. cap. 8.* Villicus (ut ait Cato) ambulator eſſe non debet. Et Cato *c. 5.*

**Ambulatīx,** *הַמְּגַדְּגָן*: Cato *cap. 14.* Ad cenam ne quid eat, néve ambulatrix fiet.

**Ambulatōrius,** a, um, quod ambulat, quodque moveri potest. { *πορεύομαι, μεταλλάσσω*. GALL. Qu'on fait marcher, & aller ça & là. ITAL. Passeggiante, che passeggià. GER M. Das geht, spaziert oder bewegt wird. HIS P. Cosa para andar. ANGL. which walketh ortis moved bither an thither. ¶ Turris ambulatoria, quæ rotis & machinis admovebatur muris, ad urbes oppugnandas, ut scribit Vegetius. Hirt. de bell. Alex. Quæque partes urbis inferiores erant, has altissimis turribus denorum tabulatorum munierant: præterea ambulatorias totidem tabulatorum confecerant. Plinius *lib. 23. cap. 14.* Operculum à tergo esse ambulatorium. ¶ Ambulatorius interdum ponitur pro Mutabilis apud Iurisconsultos: ut quum voluntatem tellatoris dicunt esse ambulatoriam usque ad mortem: ut Ulpian. D. *lib. 34. tit. 4. l. 4.* Ambulatoria enim est voluntas defuncti usque ad vitæ extremum exitum. ¶ Ambulatoria legis potestas, i. sub alternatione concepta. Paulus D. *lib. 23. tit. 5. l. 10.* Erit ergo potestas legis ambulatoria, quia dotalis fuit obligatio.

**Ambulacrū,** Est locus ad ambulandum, ubi commodi ambulari potest animi causa. { *וְעֵינֶת עֲדֵיר, כָּלִיל, קִינְאָת, תְּבִזְבִּז*. GALL. Pourmenoir, galerie, lieu à se pourmener. ITAL. Loggia, cortile. GER M. Ein ort da man spaßierplatz. HIS P. El lugar para se pasear. ANGL. A walking place, a galerie. ¶ Festus, Ambulacra, ambulatories. Plinius. Tam fora atque gymnasia, & pro suis extenta porticibus ambulacra miremur.

**Ambulatīlis,** Adject. *πορεύομενος*. Hinç ambulatiles funduli, Vitruvia *lib. 10. cap. 13.*

**Amburblatē**, vel Amburbiū, sacrificij genus erat, quo civitas Istrabatur: ita dictum, quod victimā, antequam immolaretur, urbem ambibat: unde & ipsæ victimæ Amburbiales dictæ sunt, eadem forma, quā hostiæ ambarvales, quæ circum arva ducebantur, antequam cederentur, ut fruges facilius provenirent.

**AMBŪRO**, Circumuro. { ἈΜΒΟΥΡΟΝ εὐθάρακος. GALL. Brusler tout autour, ou à demy. ITAL. Brusciare d'ogni parte. GERM. Brüng vmb anbrennen. HISP. Quemar en derredor. ANGL. To burne about. } Plaut. in Epid. Nam ille quidem Vulcani irati est filius: quaquam tangit omne amburit.

**Ambus**, Malcus. GL. Emenda, Ancus, Mancus.

|| Amburvo, ab am, & urvo. ||

**Ambūstus**, a, um, circumustus, adustus, non planè combustus. { ἈΜΒΟΥΡΟΝ εὐθάρακος. GALL. Brûlé autour, ou à demy. ITAL. Abbracciato d'intorno, scottato. GERM. Ombgebrent. HISP. Quemado al derredor. ANGL. Half burnt, burnt about. } Cic. pro domo sua. Qui denique ambustas fortunarum reliquias, suas domos comportari iubarent. Plin. lib. 10. cap. 33. Hirundinum pulli ad cinerem ambusti multis morbis medentur.

**Ambūstio**, nis, verbale. { ἈΜΒΟΥΡΟΝ γέκοδος. GALL. Brûlure, échaudure. ITAL. Scottatura, arsura. GERM. Ein brand. HISP. Quemadura al derredor. ANGL. Burning. } Plin. lib. 23. cap. 4. Myrtleum oleum medetur eruptionibus & ambustionibus.

**Amēcum**, & Amecam, pro amico & amica antiqui dicebant. Laberius, In lacu Averno mulierem fuisse amecabundam scripsit, hoc est, Amantem.

|| Ameja, semen ulmi, Plin. gamaria, Ruell. legit samaria. ||

**Amelas**, Lyciæ oppidum. Plin. lib. 5. cap. 27.

**Ameles angulus**, ἀμελὴς γωνία, id est, neglectus angulus, de eo dicitur, qui supinus & oscitabundus desideret, nihil bonarum rerum tentans. Aut in Libya lōcum esse, qui ἀμελὴς γωνία, hoc est, securus angulus vulgo dictus sit: ob id fortasse, quod neglectus & incurvus jaceret, scriptum reperitur & ἀμελὴς γωνία, id est, negligentis angulus. Recensent Zenodotus & Hesychius.

**Amelius**, Philosophus Apamienensis, discipulus Plotini, Porphyrii magister, Ammonij & Origenis coetaneus. Suidas.

**Amēlla**, herba quæ nascitur juxta Mellam Galliæ fluvium, à quo nomen accepit Amellus flos ejus. Vide Serv. in illud Virg. 4. Georg.

Est etiam flos in pratis, cui nomen Amello Fecere agricola.

**Amen**. { ἄμεν. αὐτὸν. } Dictio Hebraea, verè, aut veritas: particula ad confirmandum aliquid. Deuteron. 27. 16. Respondebitque universus populus ἄμεν Amen, id est, verè, vel veritas erit hoc. Aquila interpretatus est, Fideliter: Septuaginta, Fiat: quod ea quæ suprà dicta sunt, vera sint.

**AMĒNS**, qui à mente sua discessit, mente motus, de statu mentis dejetus. { ὑγεῖα μεσχυγκάβ. ἄνεσ. GAL. Infensé, hors du sens, force-né. ITAL. Furioso, pazzo. GERM. Unsinnig, taub. HISP. Sin seso, loco. ANGL. Mad wood. } Cic. 1. de Fin. An me tam amentem putas, ut apud imperitos isto modo loquar? Senec. cap. 7. de consol. ad Marc. Vagus & amens discursus equorum. Quintil. Vetus amentis terruisse intenti. Ovid. Eleg. 1. Trist.

Illa dolore amens.

Ibid. Eleg. 3. lib. 3.

Vt foret amenis nomen in ore tuum.

Quidam Dementem ab Amente ita distinguunt, quod Demens sit, qui non cogitat quid agat, aut loquatur: Amens, qui proorsus infanit.

**Amentatūs**, a, um, vide Amentum.

**Amentia**, { ἄμενση σχιγκάβον. ἄνεσ. GALL. Forcenement, maladie d'esprit. ITAL. Pazzia. GERM. Unsinnigkeit. HISP. La perdida del seso, ò la locura. ANGL. Madness, moodness. } Ter. in And. Cur meam senectutem sollicito hujus amentia? Cic. 3. Tusc. Nec minus illud acutè, quod animi affectionem lumine mentis carentem nominaverunt Amentiam, eandemque dementiam. Senec. cap. 3. de consol. ad Marc. Quæ malum est amentia.

**Amentum**, omne ligamen, veluti lorum, quo jaculum, seu media hasta religatur, ut jaci longius possit: ita dictum, quod aptantes ea ad mentum trahant. Festus. { ἄμενθάρης ταῦτα ταῦτα ταῦτα, ἄνεσ. GALL. Lien, courroie, comme de quoy on lie un soulier, ou un dard, pour le jettier plus roide. ITAL. Ogni sorte di legame. GERM. Ein iedes band-ein riem. HISP. Amiento para tirar, como dardo. ANGL. A loope, à thong. } Silius lib. 4. Hasta iuvatur amento. ¶ Hinc Amentatae soleæ, & Amentatae jacula dicuntur. Cic. de Orator. Amentatas hastas ab alio accipere, easque Oratoris viribus lacertiisque torqueare, metaphorice dixit, pro argumentis aliunde petitis, quasi telis, quibus utatur orator. ¶ Et Amentatae apud Lucanum pro Jacere, aut circumdate, aut amento munire. Jaculum amentavit habena. Videtur autem Amentum propriè ea ligamina significare, quæ infra mentum pertinent, & pileum retinent, quæ dicuntur etiam offendices, quod se mutuo offendenter, & convenient: ita ut metaphora quadam, vel potius Synecdoche ad cetera ligaminum genera translatum sit. ¶ Amentum, etiam cachrym roboris significat. Ruell. lib. 1. cap. 86. Hermol. in Plin. lib. 16. cap. 8.

**Amēria**, ἄμεριον Stephano, vulgo Amelio, civitas in Umbria, ante Persicum bellum annis nongentis septuaginta quatuor condita: unde Salix Amerina apud Plin. lib. 4. cap. 29. ¶ Et, Amerina retinacula, pro viminibus. Virg. 1. Georg.

Arque Amerina parant lenta retinacula viti.

Ubi Servius, Amerina retinacula, virgas intelligit, quibus vites regitantur: quæ virgæ abundant circa Ameriam oppidum Italiae, cuius crebram in Rosciana fecit Cicero mentionem.

**Amērimnon**, { ἄμεριμνον. GALL. Ioubarbe. ITAL. Sempre viva. GERM. Hauzreurn. HISP. Yerva puntera. } Herba est quæ alio nomine Aizoon majus appellatur, autore est Plin. lib. 25. cap. 23. Nomen habet ab eo quod curam & solitudinem levare putetur, ἄμεριμνον enim idem est quod solitudinis expers.

**Amērīnā**, species est salicis arboris, quæ & Sabina appellatur. Plin.

lib. 24. cap. 9. Amerinæ nigra semen cum spuma argenti pari pondere phlothrum est.

Ameriola, oppidum in Latio. Plin. lib. 3. cap. 5.

**Amēs**, itis, masc. gen. { ANGL. A perche for an hawk. } Pertica aucupalis. Horat. in Epodo,

Aut amite levir rara tendit retia.

Pallad. lib. 9. cap. 12. Nunc in amitibus appetet aucupium noctum.

Festus, Amites, perticæ aucupales.

**Amēstratūs**, ἄμεστρατος, Siciliae oppidum: cuius incolæ dicuntur Amestratini, ἄμεστρατοι. Autor Stephanus. Horum meminit Cic. 5. actione in Verrem, Quid Amestratini miseri, impositis ita magnis decumis?

**Amētīlis**, ἄμετελης, Regina fuit Persarum, uxor Xerxis, de qua multa Herodotus.

**Amēthyſtūs**, { ἄμεθυστος αχλάμεχ. ἄμεθυστος. } Gemma est diluto viola colore, fulvore purpuræ, non prouersus igneo, sed in vini colorem definente: ita dicta ab a privativo, & verbo μέθυσκω, quod est inebrior, sive quod ebrietati credatur resistere, ut Aristotelii cum Magis convenit: sive ( ut Plinio placet, ) quod usque ad vini colorem accedens, prius quam cum degustet, in violam definat. Plin. lib. 27. cap. 9. quinque enumerat amethysti species, ex quibus palmam tribuit Indico. ¶ Amethystus quoque à nonnullis vocatur uvæ quædam species, virium tam infirmarum, ut nullo modo inebriet: unde Plin. lib. 14. cap. 2. eam sua ætate Inerticulam appellatam fuisse testatur. ¶ Ab Amethystus fit adjectivum Amethystinus, a, um, quod ex Amethysto constat, aut quod amethysti colorem refert. Suet. in Ner. cap. 32. Amethystino Tyrij coloris interdictus. Et Amethystina lanæ, de quibus Martial. Epigram. 154. lib. 14. ¶ Item Amethystinus, amethystino colore ornatus: sicut purpuratum dicimus veste purpurea exornatum. Mart. lib. 2. Ep. 45.

Hic quem videtis gressibus vagis lentum,

Amethystinus media qui secat septa.

**Amēthyſtōntes**, carbunculi, ἄμεθυστον τοποθετηται, optimum carbunculi genus, cuius extremitus igniculus in Amethysti violam exit. Plin. lib. 37. cap. 7.

|| Amfariam, per amborum partes. Gloss. Isid. || Lege Ambifariam. Amfractus, & Amfractum, flexus: ab ambitu, & fragendo. Varr. de L. L. lib. 6. Ab eo leges jubent in directo pedum octo esse, in amfracto sedecim, id est in flexu: vide Anfractus. Loquitur de via privatæ, quæ est Scrivitus rusticæ apud Jurisconsultos.

|| Ami, vigilie, custodia. { GALL. Sentinelæ. } Pap. ||

**Amīa**, pilicis est Pelamidi similis, cuius incrementum singulis diebus intelligitur. Plin. lib. 9. cap. 15.

**Amīants**, ἄμειαν, lapis est friabilis in modum lanæ, alumini scissili adeò similis, ut pro eo à Sephasiatis supponatur. Vulgus Gallorum vocat Alumen plumbenum, falsò existimans speciem esse aluminis. Ex hoc lapide tenuiores conficiunt ellychnia, propterea quod ab igne non consumatur. Texitur quoque in vettes & mappas, quæ folidatae, igni purgantur. Discernitur ab alumine scissili, quod hoc aquæ innaret: amiantus autem mergatur. Gustu quoque dignoscitur: nam alumen scissile substantia tenuitate linguam mordicat, & tandem exulcerat: amiantus vero acrimonie omnis, mordacitatisque expers est. Ad hæc, amiantus in ignem conjectus, perpetuè durat: alumen autem liquefit, bullaque excitat.

Amicimen, amictus, vestis. Apul. lib. 11. Metam.

**Amīcīnum**, Utris pediculus, seu os, ex quo vinum diffunditur. Festus. AMICIO, is, præteritum amicui & amixi, amictum, vestio, operio, &c. Vide Diom. lib. 1. Brutus in laudatione Appi Claudi, Quæ te toga prætexta amicuit. Varto aliter, Celerius mater amixit. Horatius,

Et piper & quicquid chartis amicitur ineptis.

Suet. in Vespas. Dum salutabatur, & calciabat ipse se, & amicibus. Veteres amicibor dixerunt, pro amicis. Plautus, Subnixus alii me inferam, atque amicibor gloriose.

**Amīctorium**, vestimentum puellare, candidum & subtilissimum, ex lino. { ἄμεικτον ματαταφάβ. כְּרַבְּנָתָחֶבֶת חֶתְּבָנָתָחֶבֶת שְׁתִּיבָּהֶבֶת. } GALL. Un habit de fin lin servant aux filles. ITAL. Boccassino. GERM. Ein rein weiss überkleid vor die mägdelein. HISP. Vestidura de lino. ANGL. A rayle for a woman. } de quo Martial. in distichis Epig. 149. lib. 14.

Mammosas metuo, tenera me trade puella,

Vt possint nireo peccore lina frui.

Hujus distichi thema est Amictorium.

**Amīctūs**, a, um, partic. Idem quod vestitus. { ἄμεικτος. }

**GALL.** Vestu, couvert, ITAL. Vestito. GERM. Bekleidet, angezogen. HISP. Vestido. ANGL. Cladde, clothed. } Cic. 2. Philipp. Sedebat in rostris collega tuus amictus toga purpurea in sella aurea coronatus.

**Amīctūs**, us. { ἄμεικτον ματαταφάב. כְּרַבְּנָתָחֶבֶת שְׁתִּיבָּהֶבֶת. } GALL. Vestement, habit. ITAL. Sopraveste. GERM. Kleidung, überkleid. HISP. vestidura. ANGL. An cholthing. } Vestis quæ supponitur aliis vestibus, quasi pallium. Cic. 1. Tusc. Mihi amictus est Scythium tegmen. Tibull.

Frustra jam vestes, frustra mutantur amictus.

¶ Proverbiali figura dixit Catullus,

Contra nos tela ista tua evitamus amictu:

id est, facile depellimus, non secus quam muscarum insultus.

**Amīculūm**, genus vestimenti, autore Festo, à circumiectu dictum.

{ ἄμεικτον ταχριεב. כְּרַבְּנָתָחֶבֶת. } GALL. Manteau. ITAL. Mantu. GERM. Ein kleid daman über andere anlegt. HISP. Cierta vestidura, capa. ANGL. A clooke. } Vellejus, Amiculio pullo velatus. Amiculum purpureum muliebre. Liu. lib. 34. Decet hoc amiculum. Plaut. Most. sc. 3. a. 1. Cic. 2. de Divin. Visus est in somnis amicæ esse amictus amiculo. Valer. Maxim. Detracto etiam Jovi Olympio magni pondoris aucto amiculo, injectoque ei lanceo pallio. ¶ Inde Amiculatus, amiculo indutus, Solinus cap. 65. Pars nudi, pars obscena tantum amiculati.

**Amīcā**, x, quam quis amat in honeste. { ἄμεικτον ταχָה. כְּרַבְּנָתָחֶבֶת. } GALL.

amic

Amie, amoureuse. ITAL. Amica, amorosa. GERM. Ein būl odet liebē haberin. HISP. Amiga. ANGL. Alemmand. Ḷ Horat. epist. 1.

Vt nox longa quibus mentitur amica, diēsque.

Terent. in Andr. Sive ista uxor, sive amica est, gravida ē Pamphilo est.

AMICULA, diminutivum ab amica. { τὸ ἴερον. GALL. Amiette, petite amie. ITAL. Amichetta. GERM. Ein būl, liebhaberin. HISP. Pequeña amiga. ANGL. A little alemande. Plin. Miſerat etiam epistles Roman ad amiculam quandam. Suet. in Calig. Quoties uxoris, vel amicula collum exoscularetur.

AMICVS, substantivum, Benevolus, necessarius, qui honesto amore aliquem complectitur, & indissolubili familiaritatis iure est ei conjunctus. Contrarium est Inimicus. { אַחֲרֹב abhub. תְּנֵה rebeh. צָדֵד. GALL. Amy. ITAL. Amico. GERM. Ein freund. HISP. Amigo. ANGL. Anfreind. Ḷ Paul. Iuris. Amicos appellare debemus, non levi notitia conjunctos, sed quibus fuerint iura cum patrefamilias, honestis familiaritatis quæsita rationibus. Interest autem inter amicum & amatorem, quod amator venerè amat ad tempus: amicus vero honestè in perpetuum. Imo & pro Amatore. Plaut. sc. 4. a. 2. Osculari vīsa amicum suum (cum supra amatorem.) Item, Stulta es, quæ aeternum illum tibi amicum fore putas. Idem Mostell. sc. 3. a. 1. Nisi ex fundis amicorum vestrorum penus assertur (i. amatorum.) Idem Pseud. sc. 2. a. 1. Bis tantò sunt amici inter se, quam prius. Idem Amph. (de amantibus dicitur,) fore amicum tibi sempiternum, atque amatorem proprium in vita. Denique, ut Donatus tradit: Amicus, animi est: Amator, corporis. Cicer. 5. Verr. Poteritne Alba tuus antiquissimus non solū amicus, verum etiam amator absoluere? Mores amici neveris, non oderis, φίλος εὐσώτας γνωτος, μασόντος γένη. Porphyrius in Horat. hunc versum proverbiale fuisse ait: quo admoneamus, in amicorum moribus quedam vitia dissimulanda sic, ut intelligantur quidem, sed tamen tolerentur, ne severior & oculatior in observandis amici malis subvertas amicitiam. Nisi quis meliorem, que mihi atque amicis placeat conditio magis. Plaut. sc. 2. a. 1. Ibo & consulam hanc rem amicos, quid faciendum ceasent. Idem Menach. sc. 3. a. 1. Narravi amicis consilium. Idem in Aulul. sc. 1. Narravi. Amici compulerunt (illum) reddere debitum. Idem Curc. sc. 3. a. 5. Serva tibi perpetuum amicum me. Idem Capt. sc. 3. a. 2. Noluit frustrarier, ut decet velle hominem amicum amico, atque opitularier. Idem Curc. sc. 3. a. 2. Pauci è multis amicis, qui certi sient. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Amici autem & Amantis differentia quæ sit, docet Senec. Epist. 34.

Quid facis ingenio semper amice meo?

Ovid. Eleg. ult. lib. 3. Trist. Ibid. Eleg. 2. lib. 4.

Donaque amicorum templis promissa Deorum.

Et 13. Metamorph.

trepidoque fugam exprobavit amico.

Velleius, Amicum habere malles Brutum, inimicum Cassium. Gell. c. 14. lib. 16. Is cùm amicum amatumque habuit. Ḷ Amicorum communia omnia, πάντα τὰ φίλα καὶ φίλα. Ex hoc proverbio Socrates colligebat, omnia bonorum esse virorum, non secus quam deorum. Deorum, inquit, sunt omnia: Boni viri deorum sunt amici; & amicorum inter se communia sunt omnia: Bonorum igitur virorum sunt omnia. Refertur apud Eurip. in Oreste, in Phoenic. & in Andromacha: apud Terent. in Adelph. apud Cic. 1. Offic. & 1. de Leg. Citatur ab Aristot. lib. Moral. 8. & à Plat. de Leg. 5. Ḷ Amicus certus in re incerta cernitur. M. Tul. in Lal. Senarium hunc ex Ennio citat proverbii specie. Quo significatum est, amici fidem in rebus adversis explorari. Ḷ Nihil homini amico opportuno amicus. Gratissimum officium quod praestatur in tempore; contrà intempestivum officium plerūque molestū esse solet. Ḷ Viri infornati procul amici, οὐδὲς κακοῖς στέφονται εἰς διάφοροι. Parœmia notat mores amicorum vulgarium, qui hirundinum ritu, pro ratione temporum advolant ac devolant. Advolant, ubi res secundæ: devolant ingruente rerum tempestate. Ḷ Felicitas multos habet amicos, οὐ πολλούς πελάθει. Notior est sententia, quam ut requirat interpretem. Ḷ Amicus magis necessarijs quam ignis & aqua, Αἰδηνίοντα πολλούς οὐδὲν φέλει. Hyperbole proverbialis, admonens neminem esse tam divitem, aut potentem, quin opus habeat amicorum officiis. Ob id ipsum Latini amicos necessarios vocant, ut amicitiam necessitudinem. Cic. ad hoc alludens ait in Lal. Hodièque vulgus indoctum habet in ore, quod est verissimum, Tolerabilius vivi sine pecunia, quam sine amicis. Novos parans amicos, ne obliviscere veterum, Νέος φίλος παῖς, λαγῆ η παλαιοῦ μη ἀμαρτάνει. Torqueri potest & ad mutua studia, ad quæ convenit non nunquam respicere, etiam posteaquam diversæ te addixeris disciplinae. Hermol. Barbar. in epist. quadam ad Picum Mirand. Ḷ Mendico ne parentes quidem amici, Πιστούς φίλους οὐ γνωτοποιούσι. Divitiae conciliant amicos: paupertas nec illos habet amicos quos natura coniunxit. Ḷ Unus Deus, & plures amici. Eis Θεος, οὐ πολλοί φίλοι. Hesiodo tamen non probatur πολυφίλοι, neque rursum ἄξειν. Ḷ Amicos tragedos æmulatur, ταῦτα ιστορίας τραγῳδίας ἀγονεῖται, Suidas è Didymo citat, addens dici solitum de iis, qui se accommodarent, & morum severitatem sumerent ad æmulationem aliorum. Sumptum ab histriónibus. Ḷ Linguā amicus, δοὺς γλώσσας φίλος, qui verbis ostendit, non te præstat beneficium. Aut qui non amat ex animo, sed benevolentiam oratione præ se fert. Ḷ Cum amico non certandum æmulatione, Cum amico non certandum invidia, Cum amico & bene merito non est suscipiendum certamen, ne quid obscuretur amicitia propter æmulationem hujusmodi comitem contentionum. Id innuit Homer. in Odyss. 8.

τις ἡ φίλοι πολυφίλοι, id est,

quis namque benigno cum hospite pugnet? Pereant amici, dum tñā inimici intereant. Versiculus refertur à Cic. in Orat. pro Deiotar. ut proverbio iactatus. Congruet in illos, qui nec inimicis parcunt, nec amicis, modò quod impensè cupiunt, affequantur. Versus autem est immanis: quam humanitatis sit & inimicos multos sinere, ne lades amicos. Ḷ Neque nullis sis amicus, neque multis. Carmen illud Hesiodi, sicut & alia pleraque, cessit in proverbium:

Calepini Pars L.

Μηδὲ πολύγενες, μηδὲ ἀξεῖνος καλίστος, id est; Nec multis, at nec nulli dicaris amicus. Arist. lib. 9. Moral. 9. tanquam proverbio iactatum citat, quod prorsum citra ullius amici consuetudinem vivere, ferinus atque iniucundum esse videatur: rursum nec vehementer amare possumus simul multos, nec pluribus motrem gerere. Diversa tamen sentit Cicer. in Lalio, & Plutarch. in Comen. ἐσὶ πολυφίλαι. Ḷ Ubi amici, ibi opes. Plaut. in Truculent: Verum est verbum, quod memoratur: Ubi amici, ibidem opes. Cittatur & à Fabio proverbii vice, libr. Orator. Institut. 5. Sensus est, potiores esse amicos, quam pecuniam, & ad vitæ præsidium plus habere momenti amicos citra pecuniam, quam absque amicis opes. Valeat amicus cum inimico,

— εἴπειν φίλοις σωματικήσσει.

Quadrat in eos qui toti ad se spectant, nec amici magis, quam inimici rationem habent, cuiusmodi fertur Timon ille Misanthropos. Ḷ Vnde ad aras amicus, μίστης βασιλεὺς φίλος εἰμι. Hoc respondit Pericles amico cuiusdam, qui eum rogaverat, ut in causa quadam falsum deiceret. Admonet adagium nonnunquam, quod consulamus amicorum coenodis, corūnque voluntati morem geramus, fas videri paululum à recto deflectere: verum catenus, ne propter hominem amicum Numinis voluntatem violēmus. Gell. Noct. Artic. lib. 1. cap. 3. & Plut. in libello, ἐσὶ πολυφίλαι. Ḷ Verbo tenus amicus. In eum qui simul oratione benevolentiam, ceterum longè diversa parans in animo, quadrabit illud ex Homer. Odyss. 6.

— Σίλης ἔχειδος.

Μελιχίτης ἐπίστοι, νόσος ἢ ὁ ἄλλος ψροῖσα, id est:

— Animum præmolibus isti

Lenibat diētis, at mens diversa parabat.

Item adjectivè ponitur. Ovid. Eleg. 3. lib. 3. Trist.

— nec cum clamore supremo

Languentes oculos claudet amica manus.

Idem Eleg. 4. lib. 1.

Si tamen hac navis vento ferretur amico;

Idem 5. Fast.

— Verbis solabar amicis.

Amicus, si cum re inanimata iungatur, significat utile, vel gratum: ut; Amicus pratis humor, Amica frugibus æstas. Virg. 1. Æneid.

— tacita per amica silentia Luna.

Ubi Servius: Sibi grata. Amica quies, hoc est, Grata, iucunda, placida. Ovid. Amicior, comparat. Amicissimus, superlat. Plaut. Most. sc. 7. a. 2. Salve amicissime mihi hominum omnium. Item, Amicissimam amicitiam propinantes. Idem Pseud. sc. 1. a. 5.

AMICULUS, diminutivum ab Amicus. { GALL. Petit amy. ITAL. Amichetto. GERM. Ein freundlin. HISP. Pequeño amigo. ANGL. A little freind. Ḷ Cic. 5. Verr. Decimus amiculus meus. Hor. in epist.

Disce docendus adhuc, qua censem amiculus.

Amiculus dulcis, Catullus.

AMICÈ, adverbium: Benevolè, cum amore & benevolentia: { תְּהַבְּחַבְּחָה. פָּרָאָתְּ: וְאַתְּ. φίλος φίλος. GALL. En amy, amiablement. ITAL. Amichevolmente. GERM. Freundlich. HISP. Amigablemente. ANGL. Freindlie, amiablie. Ḷ Benè atque amicè dicas: verba domini ad seruum. Plaut. Pseud. sc. 5. a. 1. Cic. in Lalio, Qui mihi tantū tribui dicas; quantum ego nec agnosco, nec postulō, facis amicè. Idem de Finib. 1. Quos tu paulò ante, cùm memoriter, tum etiam erga nos amicè, & benevolè collegisti. Ḷ Amiciter, adverb. pro Amicè. Plaut. Pers. Quia meo amico amiciter hanc commoditatis copiam danunt, &c.

AMICABILIS, e, { φίλος. GALL. D'amy, amiablement fait. ITAL. Convenient de amico. GERM. Das zur freundschaft gehört. HISP. Cosa digna de amigo. ANGL. Pertaining to a freind. Ḷ Plaut. Mil. Vos modò porrò ut accepistis, operam date amicabilem, hoc est, quam dare debet amicus. Ḷ Dictio abhorrens à Latio.

Amicalia, celebritas amicorum convivantium. Cerd. ||

AMICARIUS, ab amica. Amicarius qui amicam præbet: Amiculus, qui multas amicas habet: ut à charta, chartarius, chartosus: à lactuca, laetuarius, laetus: à culcitras, culcitrius, culcitrosus. Diomedes Gramm. lib. 1.

AMICO, as, are, Cöcilio, propitiū reddo. Ḷ ηθάρ. περιστέρη, πυράντα. GALL. Faire amy. ITAL. Fare amico. GERM. Freunde machen. HISP. Hacer amigo. ANGL. To make freind fuller amiable. Ḷ Stat. 3. lib. 1.

Ac prior æolides solita prece numen amicat.

AMICITIA, familiaris necessitudo, benevolentia conjunctio. { תְּהַבְּחַבְּחָה ababah. וְדִירְוֹתְּ: je dhidhuth. φίλος. GALL. Amitié. ITAL. Amicitia, amista. GERM. Freundschaft. HISP. Amistad. ANGL. Freindship, amitié. Ḷ ab Amicus, est studiorum omnium voluntatimque consensus. Cic. in Lal. Est autem amicitia nihil aliud, nisi omnium divinarum, humanarumque rerum cum benevolentia & charitate summa consensus. Ovid. Eleg. 7. lib. 1. Trist.

Illud amicitia sanctum & venerabile nomen.

Ibid. Eleg. 5. lib. 4.

Téque, quod eis rarum; præsta constanter ad omne

Indeclinata munus amicitia.

Gell. cap. 6. lib. 8. Amor amicitiae. Contrarium est Inimicitia. Ennius; Amicitiam atque inimicitiam in fronte promptam gero. Sed in frequentiore usu amicitia dicuntur plurali tantum numero. Ḷ Ollæ amicitia, χύτες φίλαι: Fervet olla, vivit amicitia, ζει χυτα, ζει φίλα, in amicos istos vulgares quadrabit, quos patina, non benevolentia conciliat. Item Plin. apud Charit. lib. 1. Ḷ Amicitiae personam detrahete, τὸ περιστέρην ἀφίλετο τὴν φίλια, dicitur, quin aperte quæ sentimus animos, tum facimus, tum loquimur apud amicos, & quicquid in pectore clauilum est, id præ nobis ferimus. Vultus enim ab animo discrepans, persona verius est quam vultus. Ḷ Amicitia stabilium, felicitas temperantium. Aristot. Martial. Eudem. 7. Ορθός λέγεται, οὐ η φίλια τὸ βιοτόν, οὐτε τὸ εὐδαιμονία τὸ ἀρδετα. Quo admonemur, Amicitiam quidem virtute (quæ sola est stabilis, fortunæque ludibriis non obnoxia) conciliari oportere: felicitatem verò hominis non in facultatibus sitam esse (quæ cupiditatem animi non explent, sed irritant;) verum in hoc ut suam quisque



**Fiume.** GERM. Ein fluss / ein bach. HISP. El río. ANGL. A flude, à river. } Fluvius : ab Am, circum, & No, fluo, quoniam flexuoso meatus habitur : vel ab ambo. Omnia enim flumina circumneunt, ideoque cor-nuta pinguntur. Nec desunt, qui à Græco ἄμνης deduci malint, quod etiam Suidas fluvium interpretatur. Hinc etiam ἄμνης τοῦ φασ, à Callimacho dici putant ; pro amicis. Sic enim habet ille in Hymno Diana,

Δὸς δὲ μηὶ ἀφιπόλυς ἀμνήθας οὐκοτείματος : hoc est, Da mihi fabulas Amnisidas viginti Nymphas. Verum hoc potius deductum videtur διὸς ἀμνοῦ, quod proprium nomen est fluvii in Creta, à Suida quoque commemorati : quod etiam Callimachi interpres annotavit his verbis : ἄμνης τοῦ φασ. Κέρτης, ἀφ' Ἀμνηδας Κερτης, id est, Amnisus fluvius Cretæ, à quo Amnisidas, hoc est, Creticas. Virg. i. Georg.

Atque alius latum funda iam verberat amnem.

PLIN. lib. 20. cap. 32. Halciones subeunt & in amnes. Ponitur & pro torrente. Virg. 4. Eneid. Ruunt de montibus amnes. Ovid. Eleg. 12. lib. 4. Trist. Amnes, lacus montes in triumpho. Ibid. Eleg. 1.

Adverso tardam qui vehit amne ratem.

¶ Amnis in feminino dixerunt antiqui. Varr. || ¶ Amnigenus, in amne genitus : Amnenis, ad amnem situs : Interamnus, inter amnem : Antemnus, ante amnem positus, vel habens ante se amnem. ||

Amnicola, x. Αμνοτρόπος. GALL. Qui habite près de la rivière. ITAL. Quello ch' abita appresso il fiume. GERM. Der bey einem flus wohnet. HISP. El morador, que mora cerca del rio. ANGL. which dwelleth by a river. } Amnis accola. Ovid. 10. Metam.

Amnicolaque simul salices, & aquatica lotos.

Amniculus, a, um, significat fluviale. { πανίπος. GALL. De riviere. ITAL. Di fiume. GERM. Das des flus oder bachs ist. HISP. Cosa perteneciente al rio. ANGL. which belongeth to a river. } ut, Stirps amnica, apud Apuleum. Plin. lib. 3. cap. 35. Insula in Sao Matubarthis, amnicarum maxima.

¶ Amnium, fetus involucrum tenuer, quod eius velut sudores recipit : aquifer. ||

Amnus, insulae Dolice in Arabia fluvius. Plin. lib. 6. cap. 28.

AMO, as, are, Diligo, charum habeo, studio prosequor, benevolentia complector, magno amore in aliquem feror. { επικαθάπτω, επικαθάπτω. GALL. Aimer. ITAL. Amare. GERM. Liebhaben, lieben. HISP. Amar con afficion. ANGL. To love hartelie. } Ita tu me ames, ita te Philolaches amet ut venusta es ! Plaut. Most. sc. 3. a. 1. Neque amatorem invenire quoque qui amet me. Idem Pseud. sc. 1. a. 3. Quam obrem vitam amet. Ibid. sc. 1. a. 5. Nam si te dii amant (alias amabunt) lingua comprimes. Idem Mil. sc. 6. a. 2. Amant te omnes mulieres. Ibid. sc. 1. a. 1. Dii me servant atque amant. Idem Pseud. sc. 2. a. 2. Pariter percuti amando atque infaniunt. Idem Cure. sc. 3. a. 1. Quum est pauxillum amare sanè, insanè non bonum. Ibidem. Dii me omnes adjuvant, augent, amant. Idem Menach. sc. 3. a. 3. Qui amat, si eger, misera afficitur æratura. Idem Cure. sc. 2. a. 1. Id quod amo, careo. Et quod amas, adducam. Ibidem, Qui quod amat videt, nec potitur. Idem Cure. sc. 3. a. 1. Ita me amabit sancta saturitas. Idem Capt. sc. 1. a. 4. Ita te amabit Iupiter, ut tu nescis. Idem Aul. sc. 6. a. 4. Ita me dii amabunt. Ibid. sc. 5. a. 3. Amo quia non adest. Ibidem, Scibo utrum me magè amet, an marsum. Idem Menach. sc. 4. a. 2. Amando me exoriarier te vis, an osculando (i. blandiendo.) Idem Asin. sc. 3. a. 2. Hic homo te amat. Ibid. sc. 5. a. 4. Amat, sapit, rectè facit, animo quandoque obsequitur tuo. Amph. Idem Asin. sc. 1. a. 3. Ut miser est qui amat ? Ibid. sc. 3. a. 3. Salve, Dii te ament. Idem Most. sc. 4. a. 1. Decer me amare. Idem Menach. sc. 1. a. 1. Dii te ament Megadore. Idem Aul. sc. 4. a. 1. Ita me bene amet Laverna. Ibid. sc. 2. a. 3. Libet amare, potare. Idem Most. sc. 1. a. 1. Quid agitur ? Amatur atque egetur. Idem sc. 3. a. 1. Ita me Venus amet. Idem Cure. sc. 1. a. 4. Dii te, Deæque ament, & neque ament, neque faciant bene. Idem Pseud. sc. 3. a. 1. Ita me dii ament ut sapit multum. Idem Most. sc. 3. a. 1. Te amo, & metuo. Idem Pseud. sc. 1. a. 4. Quod te amo, operam nusquam potui melius ponere : tu me amas, ego te, meritò fit. Idem Most. sc. 3. a. 1. Catull. Nunquam te aspiciam posthac, at certè semper amabo. Verum amo, vide Verum. Amo medullitus, vide Medullitus. Cörde amare, vide Cor. Amari à lenone, vide Leno. Cic. Dolab. Quis erat, qui putaret ad eum amorem, quem erga te habebam, posse aliquid accedere ? tantum tamen acceſſit, ut mihi denique nunc amare videat; antè dilexisse. In eodem sensu idem Cic. ad filium, Sed tamen ut sci- res eum non à me diligi solum, verum etiam amari. Terentius tamen contrarium posuisse videtur, quum inquit : Pol, quod plus quenquam amem, aut plus diligam, eò feci. Quod si amo absolutè ponatur, capitur pro Amore cæptus sum : hoc est, esse in amore. Plaut. Amat filius : certum est. Amare pro Orare ! Amare te multum ait, ut hoc ad aurifacie deferas. Plaut. Mon. sc. 3. a. 3. Scin' quid te amabo ut facias ? Ibidem sc. 4. a. 2. Amat item, pro Solet. Quintil. Amat fieri. Tacit. lib. 4. Memoriat Drusi eadem quæ in Germanicum decernuntur, plenisque additis, ut fermè amat posterior adulatio. Tractum à Græcis, apud quos φιλητης, soles interdum significat. ¶ Amo, de rebus inanis. Horat.

— amat quoque ianualimen.

Amsancti valles, densis frondibus atrum.

Servius ex omni parte sanctus interpretatur, sed male, cùm non sit no-  
men adjectivum, sed proprium:

Amsegetes dicuntur, quorum ager viam tangit. Festus.

|| Amterpinus, αιτητης, circa terminum manens. ||

Amsterdama, Hollandia urbs:

Amulæ, genus vasculi ad aquam gestandam, quod religionis & expia-  
torum malorum gratia gestabatur, εργάσιμο dictum, quasi amo-  
la, ab amoliendis periculis. Huius diminutivum, Amulala.

**AMULÉTUM**, Omne genus remedii adversus cuncta mala medicamen-  
ta, & præsertim contra veneficia, αλεξ. φάραγγες, εργάσιμα. Plin. In-  
fantibus alligatur succinum amuleti ratione, formam vasculi habens;  
Græci etiam ἀντιστοιχία hæc vocant, δέσμος ἀντειστοιχία, quod est amo-  
liri, summovere, depellere. Dictio hæc frequens est apud Plin.

**AMULIUS**, αιτητης, Poræ filius, & Numitoris frater, qui regnum  
fratri abstulit, atque omnem eius stirpem virilem necavit. Fra-  
tris quoque filiæ, Rheæ Sylviae, per speciem honoris, quum Vestalim  
eam legisset, perpetua virginitate spem partus ademit. Liv. 1. ab  
Vrbe.

|| Amurachonus, minister aulæ Turcicæ. Gloss. gr. b. ||

**AMVRCA**. { כָּרְבָּהּ pesoletb. αιτητης. GALL. La lie d'huile. ITAL. Fece  
d'oglio. GERM. Oeltrüsen/ oder hefen. HISp. Alpechin de azete.  
ANGL. The dregges of oyle, or lies. } Sordes olei, quæ præcedunt. Nam  
quæ sequuntur, Facies vocantur. Virg. Georg. 1.

— & nigra perfundere amurca.

Hoc nomen per c, scribitur, sed profertur per g; ut fit in Caius, &  
Cneus. Amurca contra culices & limaces vim habet maximam. Hinc  
Examurcatus, sordibus purgatus.

**AMURCA** dolia, in quæ amurca infunditur. Cato de re rust. cap. 10.

Dolia queis vinacia condat, decem; amurcaria decem, *τιθειναι*.

Amusum, ventis discernendis excogitatum organum, ut ait Cælius.

Vitruvius lib.1.cap.6. Collocetur ad libellam marmoream amusum mediis incenibus: aut locus ita expoliatur ad regulam & libellam, ut amusum non desideretur.

**A**MÜSSIS, is. { Ἀγκαλάχ, פְלֵסֶלֶס. GALL. Le cordeau ou la ligne des charpentiers, esquierre. ITAL. Archipendolo, squadra. GERM. Ein richtscheit/ ein senketschnur/ ein richtschnur/ welche die Zimmerleut brauchen. HISP. Hilo de almagre que usan los carpinteros. ANGL. A carpenters rule or line. } Filum est, quod fabri materiali rubrica oblinunt, aut alio colore. Sic Budæus, Festus autem Regulam vocat, ad quam aliquid adæquatur. Ex quo videtur innuere & Amusum & Normam idem esse. Latè tamen pro omni ordine ponitur,

**A**MÜSSIM, adverbium, & ab eo compositum Adamussim, amussum, regulariter. Festus. { בְּמִשְׁבָּד bémischpát. in sœulu. GALL. Avec toute diligence, à plomb, à esquierre. ITAL. A punto. GERM. Ebenfleißig. HISP. Derechamente, y gualmente. ANGL. With diligence, made of terrule or line. } Ut Iudicium adamussim factum, apud Gellium cap.4.lib.1. Legitur & Examussim, adverbium, pro recte & examinata. Plaut. in Amph. Si vera haec loquitur examussim, est optima. Examussim rem enarrat. ibid. sc.4. a.4. ubi Sisenna & Sosipater pro examinare, interpretantur. Amussis enim est regula rubricata, quæ dimititur, examinandi operis causa.

**A**MÜSSIM, alba, αλβη σάπεν, hoc est, nullo delectu, ac citra discriminem. Gell. in Noct. Attic. Namque illi omnes, & eorum maximè Græci, multa & varia lexitantes in quas res cumque inciderant, alba, ut dicitur, linea, sine cura discriminis solam copiam sectati, convertebant. Plut. in Commentario σετον αδελφας, Nonnulli sic effrerunt Adagium, In albo lapide amussis alba. Utitur Plato in Charmide, ubi Socrates ait se erga formosos adolescentes perinde esse, ut albam amussim in albo lapide, propterea quod neque discerneret satis inter formas, & omnes ex æquo amaret. Diciturque vel in eos, qui nullo sunt iudicio, vel in stupidos, vel in eos, qui incertis probant, vel significant incerta.

**A**DAMUSSIM, Examussim, & Amussatim, frequens est apud autores, pro eo quod est exquisita diligentia, atque exactissima cura. Gell. lib.1. cap.4.

**A**MÜSSITATÄ opera dicuntur, quæ ad amussim facta sunt. *σετον αδελφας*. Plaut. in Milit. In hoc amussitata sua sibi ingenua indoles. Nonius.

**A**MÜSSUS, οὐ γένεται. GALL. Qui est sans lettres, ignorant. ITAL. Indotto. GERM. Ungelehrte, ungeschickt. HISP. No enseñado, no elegante. ANGL. Unlearned, unskilled. } Inelegans, & indoctus: hoc est, à Mufis alienus. Antiquitus enim nihil eruditum habebatur sine musica: unde apud Comicos, qui literas se didicisse negant, aiunt se non didicisse musicam. Vitruv. lib.1.cap.1. Nec musicus, ut Aristoxenus: sed non amus.

**A**MYCLÄ, αμύκλη, una è filiabus Niobes, quam tradit Pausanias cum Melibea sorore servatam, implorata Latone venia. Homerus tamen omnes interisse tradit. Hermol. in Plin.lib.36.cap.5.

**A**MYCLÆ, αμύκλη, pluraliter, nomen est urbis Laconiae, Tyndari regia, in qua nati sunt Castor & Pollux. Alia est in Italia inter Tarracinam & Fundos, in paludibus, à Laconibus condita, iuxta Servium: cujus cives, quum Pythagoricam sectam sequerentur, & abstinerent cæde animalium, nec vicinæ paludis serpentes interimerent, ab illis deleti sunt. Alii non à serpentibus, sed hostium repentina adventu hanc urbem deletam prodiderunt. Nam quum aliquoties falsò nuntiatus esset adventus hostium, postea cautum est, ne quis amplius nuntiaret. Inde ex improviso captæ sunt Amyclæ. Hinc proverbium, Loqui volo; nam scio Amyclas tacendo periisse. Hinc Virg. tacitæ Amyclæ, dicta sunt.

**A**MYCLÆS, a, um, adjecit, αμυκλῆς.

**A**MYCLAS, αμύκλας, Lacedæmonis filius, ut est autor Dictys Cretensis, in libro quem de expeditione Græcorum in Troianos, composuit.

**A**MYCUS, αμύκης, Neptuni & Melies Nymphæ filius, Bebryciorum rex, qui eam consuetudinem habuit, ut advenas in Bebrycium nemus ad cæstum certamen provocaret, & infidiis circumventos ibidem interficeret. Quum itaque Argonautæ in Bebrycium venissent, Pollux ab eodem ad certamen provocatus, cognitis infidiis, socios convocabavit, & ab iis adjutus Amycum interfecit. Virg. 5. Æneid.

— quise

Bebrycia veniens Amyci de gente ferebat.

**A**MYCUS item unus è Centauris fuit, Ixionis & nubis filius. **¶** Alius fuit Æneæ comes. Virg. 6.

— inde ferarum

Vastatorem Amycum, &c.

**A**MYDÖN, αμυδόν, Civitas Pæonie, quæ auxilia misit Trojanis. Iuven. Satyr. 3.

Hic alta Sicyone, ait hic Amydone relata.

**A**MYGDÄLÄ. { Ἀγκαλάχ, ανυδάλη. GALL. Amandier. ITAL. Mandorlo. GERM. Ein mandelbaum. HISP. Almendro. ANGL. An Almond tree. } Arbor amygdala, hoc est, nuces Græcas preferens. Col. lib.6. cap.14. Amygdala, si parum feras erit, forata arbore lapidem adjicito. Hinc Amygdalinus, a, um. Serenus:

Fertur amygdalina succus nucis esse bibendus.

Amygdalinum oleum, Plin.lib.23.cap.4.

Amygdalicum, folium. Plin.lib.26.cap.11.

**A**MYGDALIS, οὐ γένεται schékedhim. ανυδάλη. GALL. Amande. ITAL. Mandorla. GERM. Mandelnuß/ mandelfern. HISP. Almendra. ANGL.

An almond. { Nux Græca, quæ & Thasia dicitur. Plin. Intus nucleus amygdalæ est. } Amygdalum, ανυδάλη, etiam neutro genere dicitur pro fructu. Palladius, Græci asserunt nasci amygdala scripta, si apertate testa nucleus sanum tollas, & in eo quodlibet scribas, & iterum luto, & porcino stercore involutum reponas.

Amygdalites, ανυδαλίτης. Dioscoridij herba est ex generetithymali,

à similitudine foliorum amygdali, quæ & Corymbites dicitur, & Platyphyllos, à latitudine foliorum. Plin.lib.26.cap.8.

Amygdalinus, adject. ανυδάλη. Id quod est, vel fit ex amygdalis: ut Amygdalinum oleum. Plin.lib.23.cap.4.

**A**MYLUM, οὐ γένεται. GALL. Amidon. ITAL. Amido. GERM. Amelms. HISP. Almidon. ANGL. A kind of wafer made of fine wheat. } Placentæ genus, quod ex tritico siebat, aut filagine sœpius elota: ita dictum, quod ανυδάλη & μελάνη, hoc est, sine mola fieret. Macerabatur eam sœpius quotidie triticum, aut filigo, donec ita mollesceret, ut tremor exprimi posset, qui deinde in sole siccabatur. A vulgo Seplasiorum unica litera immutata Amydon vocatur. Rationem conficiendi amyli, vide apud Plin. lib.18.cap.7. & apud Catonem de rust. cap.87.

**A**MYMONE, ανυμόνη, una ex quinquaginta filiabus Danai regis, quæ dum se in sylvis jaculando exerceret, Satyrum percusit imprudens, qui impetu in eam facto, vim ei voluit inferre. Quapropter implorato Neptuni auxilio, id ab eo passa est, quod à Satyro formidarat. Itaque prægnans facta, Nauplium peperit. Vide Strabonem lib.8. ¶ Est & Amymone apud eundem, fons iuxta Lernam, cuius meminit & Plin. lib.4. cap.5.

**A**MYNTAS, ανυμόνη. Pater fuit Philippi Macedonis. ¶ Est item pastoris nomen apud Theocritum. Virg. 3. Eclog.

At mihi se offert ultrò meus ignis Amyntas.

**A**MYNTOR, ανυμόντας, Dolopum rector. Ovid. 12. Met.

Quem Dolopum rector bello superatus Amyntor.

Hic, Homero teste Iliad.2. pater fuit Phenicis. Ovid. 8. Metam. Amyntore cretus Phoenix.

¶ Amyris, arbor, ανυρη dicuntur Etym. loci humidi, ανυρη, i. fluo. Apud Hesych. est ανυρη, quasi κινη μυρης, valde madidus. ¶

**A**MYRIS, ανυρη, strenuæ potationis genus erat apud Thracæ, quum potus ingurgitabatur, ut vinum in dolium infunditur, neque spiritu reciprocato, neque ore contracto. Unde ανυρη Græci dicunt, pro ingurgitare, & sine respiratione affatim bibere. Horat. lib.1. Carm.

Bassum Threicia vincat amyride.

¶ Alli Amystidem poculi speciem interpretantur, quo Thracæ utabantur quoties ανυρη, ου καρδιης, hoc est, citra labiorum contractiōnem, & spiritus reciprocationem potare volebant. Ut Germani potatores aiunt, Obn schnaufen und batht gereicht.

**A**MYTHAONIA, ανυθαιονια, Elidis pars est, teste Stephano, ita dicta ab Amythaone Crethei filio.

**A**MYTHAON, ανυθαιον. Melampodis insignis anguris & medici pater fuit, quem ab illo Amythaonium vocat Virg. 3. Georg.

Phillyrides Chiron, Amythaoniisque Melampus.

Tib. lib.4.

Quies Amythaonius neque at certare Melampus.

Amyson, ανυσης Ptolomeo, Cariæ oppidum est, cuius meminit Plin. lib.5. cap.29.

An, adverbium interrogandi, & pro Nunquid ponitur, η μι. Cicero, An verò Romulus ille, aut pastores, aut convenas congregasse videtur? Statim, an non. Plaut. Pseud. sc.1.a.5. Licetne obsecro petere, an non licet? Ibid. sc.3. a.1. Es ne tu, an non es ab illo? Ibid. sc.3. a.2. Album, an atrum vinum potas? Idem Men. An quia latrocinami, arbitramini quidvis vobis licere? Idem Milit. sc.6. a.2. Estne herilis concubina, an non est ea? Ibid. sc.5. a.1. Dic mihi an unquam tibi intestina crepant? Idem Men. sc.3. a.5. Quid faciam, maneam, an abeam? Idem Cure. sc.4. a.4. Redin', an non virginem? Ibidem, An non iusta causa, ut &c. Idem Capt. sc.2. a.2. Abin', an non? Idem Aul. sc.3. a.4. Facis mihi injuriam, an non? Ibid. Estne invocatum, an non? Est planissime. Idem Capt. sc.1. a.1. Iubes, an non? Ibid. a.4. Mritis me, an non mittis? Idem Milit. sc.5. a.2. Perii, an non? Idem Pseud. sc.3. a.1. An sis abitura à viro? Idem Men. sc.1. a.5. Anne bonum oblita es facinus? Catul. de com. Ber.

Anne parentum

Frustrantur fatis gaudia lacrymulis.

Ibidem,

An quod amantes

Non longè à caro corpore abesse volunt?

Ibidem,

An & hunc sibi poscit Ulysses?

Ovid. 13. Metam. Fallor, an, vide Fallor. Finem vitæ sponte, an fato. Tacit. lib.2. Verone, an falso iactabantur? Suet. in Galb. cap.12. An avra colement. Ovid. 4. Fast. Sed legendum fortè est (aut arva.) Sed aliquando transit in vim conjunctionis, si, & quum sermo dubitativus est, & tunc ferè subiectivo jungitur: ut, Nescio an pater vivat. ¶ An, diversis in locis collocatur. Primo loco, Cic. 2. Philipp. An tu, Narbonæ in mensas hospitum quum vomeres, Dolabella pro te in Hispania dimicaret? Secundo loco. Idem 5. Verr. Erravit, an potius insaavit Apronius? Et hic & in similibus subaudit An, vel utrum. ¶ An, ter repetitum. Idem in Orat. In quo quæsum est, in totō circuitu illo orationis, an in principiis solū, ac in extremis, an in utraque parte numerus tenendus sit. ¶ An, quater repetitum. Idem de Orat. Refert etiam qui audiant: Senatus, an populus, an iudices frequentes, an pauci, an singuli. ¶ An, & Ne, conjungi solent pro An. Terent. in And. Anne est intus Pamphilus: Cic. in Pisone, Anne gesto? An, & Ne, interpositis aliquot dictionibus. Idem 1. de Finibus, An partus ancillæ sitne in fructu habendus. ¶ An, & Si, conjunguntur. Ovid. in Epist.

An si quis rapiat stabillis armenta reclusis,

Arma feras, rapta conjugæ, lentus eris?

Ana, ανα, Græca præpositio, variè usurpat: ferè ut re Latinorum: iterationem & motum retro, & suisnotum notat: occurrit in vocibus, quas etiam Latinus sermo admisit. Interdum autem videtur ανα esse, sed est privans, inserto +, & significat sine, οντος. ¶ Medicis usitata est etiam, quum Latinè scribunt, declaratque æqualem distributionem, ut Mijee cinnamoni, cardamomi & nardi, ana vine.

vnc. i.e. uniuscujusque tinctiam, &c. Martin.

Ana, sive (ut apud Melam legitur) Anas, àrūs Ptolomæo, fluvii nomen est apud Hispanos: Bæticam, hoc est Granatam, à Lusitania, quam hodie vocant Portugaliam, dividit. Vide Plin. lib. 3. cap. 1. & 22. Vulgo Guadiana. Est quoque nomen animalis cuiusdam Orientis.

Anabasis, àrābāzis Dioscoridi, herba quæ Equisetum Latinè dicitur, à Græcis Hippuris. { זְנוּבָה זְנַבָּה hassús. GALL. Quené de cheval, apresle ou presle. ITAL. Coda di cavallo, asprella. GERM. Schaffschw. HISP. Cola de mula, rabo de mula. ANGL. An heerbe called the horse tail. } Plin. lib. 26. cap. 13. Recentiores Caudam equinam vocant.

Anabasis, àrābāzis. Qui emittitur in exteris regiones, rumorem aliquem disseminaturus, qualem Triptolemus fuisse in fabulis legimus, quem semina per orbem sparsum, Cererisque beneficia annuntiatur, à dea rapidissimo curru emisum fabulantur. Nomen deductum est δέντρον της αναβάσεως, hoc est, ab ascensu, curru scilicet, vel equorum. Hieronym. contra Ruff. Idcirco cereales, & anabasis tui per diversas provincias cucurrerunt, ut laudes meas legerent?

Anabathra, àrābāzis, scalæ, pulpitæ, gradus superiores scanfiles, aut instrumenta scabellorum, aut subsellia: ab àrābāzis, id est, sursum ascendendo. Iuvén. Satyr. 7.

*Et qua conductio pendent anabathra tigillo.*

¶ Anabathini, gradus imi, unde in theatris exsilibant Furiæ. Scal.

Anabazon, ascendens planeta. Tertull. ¶

Anabis, àrābāzis, oppidum Hispaniæ, in tractu Tarragonensi. Ptolom.

Anaboligium, àrābāzis, vel Anaboladium, àrābāzis. Syndonis genus est, quo humeri operiuntur: dictum δέντρον της αναβάσεως, quod interdum Induo significat, interdum rejicio. Solebant enim mulieres in negligentiori cultu hoc ornamento pectus & humeros protegere & quum visum esset, rejicere.

Anabula, æ, ut scribit Plinius, animal Aethiopicum, capite cameli, collo equi, cruribus bovis prætendens similitudinem, per totum corpus nitentem habens rubedinem albis maculis immistam. Est & miri decoris, longo collo, & altis anterioribus & posterioribus cruribus.

Anabura, àrābāzis, Pisidiæ oppidum apud Strab. lib. 12.

Anacacabea, àrābāzis, àrābāzis. A vulgo Græcorum arbuscula quedam appellatur, teste Aëtio, quæ Homer. Lotos dicitur. Galli Alysam & Alisarum nominant. Fructus quoque, eodem Aëtio teste, à recentioribus Græcis Anacacabon appellatur: Latini vocant Fabam Græcam. Vide Ruell. lib. 1. cap. 95.

¶ Anacalypteria, dona quæ maritus detectionis causa sponsæ dabat, ab àrābāzis, detego. ¶

Anacampsos, otis, àrābāzis, herba est, cui à Magis revocandi amoris vis tribuitur: ita dicta ab àrābāzis, reflexo, & iros amor. Plin. lib. 24. cap. 17. Anacampsotem celeber arte Grammatica paulò ante, cuius omnino taclu redirent amores, vel cum odio depositi.

Anacalypteria, Romanis dona fuere, quæ domestici conferebant & amici, cum primùm nova nupta revelata facie se videndam præbebat: àrābāzis enim est revelari. Alex. ab Alexand. Genial. dier. lib. 2. cap. 5.

Anacara, tympana sunt rotunda inferiore parte. Hodie scribitur Macarii: perperam correxit Meursius.

Anacardium, àrābāzis, arbor Indis familiaris, fructu avicule corculo non dissimili: unde nomen putant inditum, rubente intus cruento, quo veluti sanguine scaret. Ruell. lib. 1. cap. 37.

Amnace, àrābāzis, oppidum Achææ, apud Steph.

Anacéphalosis, { àrābāzis. ANGL. A short repetition of thing is said. } Brevis capitulatio, in qua repetitio rerum summatim fit. Quintilianus lib. 6. cap. 1. Rerum repetitio, & congregatio, quæ Græcè dicitur àrābāzis, à quibusdam Latinorum enumeratio, & memoriam iudicis reficit, & totam simul causam ponit ante oculos iudicis. Græcè καθάριος, caput dicitur in eâ significatione, qua non nulli capituli appellatione utuntur.

Anacharsis, àrābāzis, Philosophus ex Scytharum genere sapientiae admirandæ, ut scribit Cic. lib. 5. Tusc. qui studio cognoscendi ritus & mores Græcorum in Græciam se contulit, eodem tempore, quo septem Sapientes florebant. Hujus imaginibus inscriptum erat, Lingua, ventre, pudendis abstinentia esse. Plin. tradit Anacharsim invenisse rotam figuli, cuius circuitu vasa formantur. Sed si (ut inquit Seneca) apud Homerum, longè antiquior inveniatur figuli rota, non video quomodo Anacharsis esse autor huius rei potuit. Ibat nudis pedibus, dormiebat in terra, & famem pro pulmento habebat. Hic leges arianeorum telis quam simillimas esse dicebat, quod muscas quidem & cætera eius generis infirmiora animalcula irretirent, à fortioribus autem perrumperentur. Interrogatus autem quo pacto quis abstemius fieret? respondit, si ebrios motus sibi ante oculos ponat. De genere mortis eius tradit Laertius, quod quum in patriam se recessisset, Græcōque ritu sacrificaret, à fratre suo Scythurum rege fuerit interemptus.

Anachites, àrābāzis, gemma est omnium pretiosissima, quam notiore nomine Adamantem vocamus: ita dicta, quod vanos motus, animique lymphationes credatur abigere, & adversus venena habere vim antidoti. Plin. lib. ult. cap. 4.

Anachorësis, àrābāzis, Eremus, secessus: unde monachi eremum incolentes, & quicunque procul ab hominibus secesserint, àrābāzis vocantur. Cassianus in Col. Cuius sectatores anachoretæ, id est, secessores meritò nuncupantur, eo quod nequaquam contenti hac victoria, qua inter homines occultas insidias diaboli calcaverunt, aperto certamine ac manifesto confictu cum dæmonibus congregati cupientes, vastos eremus recessus penetrasse non timeant.

¶ Anachorëtæ, àrābāzis; quasi dicas secessor, qui secessus & solitudines petit, qui in solitudine degit, eremita: ab àrābāzis, secedere. GERM.

Anachorëtum, { οὐρανὸν μίσχον, àrābāzis. GALL. Lit de matelas pour se reposer le jour. ITAL. Letticolo, mattarazzo. GERM.

Ein gutschén obet ruhbetten / lotterbett. HISP. Lugar para dormir dia. ANGL. A stobedes, or matres. } Lectulus; super quo quiescimus interdiu, qualia celebrantur Florentia Tuscanica: & apud Lampidium Heliogabalo, Accubita: à quibusdam quoque Stabdia dicuntur. Spart. in Ceiono Commodo. Nam lectum eminentibus quatuor anaclinteriis fecerat, minuto reticulo undique inclusum. } Vocantur hujusmodi lecti etiama Grabati, & Græcè γραβάται. } Vocatur & Pluteus, cui incumbit Imperator. Græci vocant ἀνακλιτής, πλευτός, ἀνάδημα, pulvillo quibus caput dormientis incumbit. Erant lecti quibus essent quatuor plutei, & pulvilli, utrinque duo, in quibus cubantes adversis vestigiis iacerent: alii erant ἀποθηταλοι, in quibus duo plutei, sive mavis, duo reclinatoria, ut vestigiis oppositis, & obversis somnum caperent, & hinc inde pluteis capita inumberent.

Anacollia, vocantur quorum lacryma incommodantes pilos corrigit, Aëtius:

Anacoluthus, àrābāzis. Latinè inconsequens: unde Anacoluthon figura est, quum non redditur quod superioribus respondeat, ut si in oratione ponatur εἰπε, & non sequatur εἰπε. Aut è contrario, quum particula quæ non nisi posteriori loco ponere consuevit, sola ponitur sine ea quæ solet precedere: ut si verbi gratia, relativum ponatur sine antecedente. Virg. 1. Æneid.

*Millia quot magnis nunquam venere Mycenis.*

Ubi Servius, Anacoluthon est: nam dicit Quot, quum non præmisit Tot.

Anacreón, àrābāzis. Nomen proprium poëtae lyrici, à quo metra Anacreontica dicta sunt. Ortus fuit ex Teo Ioniæ civitate: ex qua etiam Hecataeus historicus. Amavit pterum nomine Batylum vilenda pulchritudine spectabilem. Horatius,

*Non aliter Samio dicunt arfisse Batyllo*

*Anacreonta Teum.*

Periit acino uva passæ strangulatus, ut tradit Plin. lib. 7. cap. 7. } Anacreontius, adjet. Quint. lib. 9. cap. 4. Anacreontium protinus colon efficias. Anacreontius versus, Miseri invidi vivimus scientes. Recipit Pyrrhichium, Chorium, Spondæum, Brachysyllabum, Anapæstum. Primus semper est Pyrrichius. Cenforinus de die natal. cap. ult.

Anacrisis, { ἡ περὶ βόσχαν. àrābāzis. GALL. Examen, information, question. ITAL. Essamine. GERM. Befragung eines vbelthäters es sey mit marter oder ohn marter. HISP. Examen, o question, o informacion. ANGL. Examination, question of the gilty. } Quæstio de reo habita, sive ea per tormenta fieret, sive sine tormentis. } Inde interrogatio testium, quam vulgus Informationem vocat. Vide Bud. in Comment.

Anactörion, àrābāzis. Herba est, quæ notioribus nominibus ξφισται Græcis, & Latinis Gladiolus appellatur. Dioscor. lib. 8.

Anactoria, àrābāzis Stephano, oppidum est Acarnaniæ, colonia olim Corinthiorum ad sinum Ambracium. Plin. lib. 4. cap. 1. } Est item hoc nomine Ionie urbs in minore Asia, postea Miletus appellata, ut testatur idem Plin. lib. 5. cap. 29.

Anadēmæ, àrābāzis. Corona, fætum, aut simile capitis ornamentum. A verbo àrābāzis, corono, vel circumligo. Luc. lib. 4.

*Et hæc parta patrum sunt anademata mitra.*

Paulus inter ornamenta capitis muliebria recenset, in l. 26. de auro & argenti. leg. Item & Hesychius, qui scribit esse εἴδος ηγεμονίας in ix. φαλᾶς. Itaque à Polluce lib. 5. in mundo muliebri àrābāzis numerantur.

Anadendrædes, àrābāzis, vocantur à Græcis vites arbustivæ, quæ scilicet arboribus fulciuntur.

Anadendromalache, àrābāzis, Malva aborescens, quam Galenus 4. Therapeuticæ eandem facit cum Althæa.

Anadiplōsis, àrābāzis. Dici potest reduplicatio. Est enim dictio in ultima parte precedentis versus sita, in prima sequentis repetitio. Virg. Eclog. 8.

*Cercent & cygnis ulula, sit Tityrus Orpheus,*

*Orpheus in sylvis, inter Delphinas Arion.*

Anadyomène, àrābāzis, Participium est femininum verbi àrābāzis. Latinè reddi potest Emergens. Hoc nomine Apellis opus dictum est, quod Venerem habebat ē mari emergentem. Vide Plin. lib. 33. cap. 10.

Anæa, àrābāzis Stephano, urbs Caræ contra Samum: à qua sunt gentilia, Anæus, εἰσὶ Ιδ., & Anaites, àrābāzis. Hinc ortus fuit Menelaus Anæus, Peripateticæ familiae Philosophus, & historiarum scriptor egregius.

Anætia, àrābāzis, Oppidum majoris Armeniæ, quod ab Euphrate alluitur. Plin. lib. 5. cap. 24.

Anagallis, { àrābāzis. GALL. Mouron ou morgeline. ITAL. Anagallo. GERM. Gauchheit. HISP. Muruges. } Herba est quam Morgelinam, vel Galline morsum vulgo vocant, si Ruellio credimus. Duæ eius à Plinio traduntur species floris colore distinæ. Mas enim florem habet Phœnicum, fæmina cœruleum.

¶ Anagiotria, nutrit. Lex. gr. b. }

ANAGLYPHÆ, { πίνας πιτουάζ. àrābāzis. GALL. Choses taillées en bosse, ou relevées. ITAL. Cose di relevato. GERM. Ein aufgetrieben werden, was getrieben tritt, oder aufgestochen ist, das es bilder hatt. HISP. Vasos labrados de buril ó sastel. ANGL. A sort of carved wood. } Dicuntur vasæ, aliæ opera sculpturis aspera, quæ scilicet ita exsculpta sunt, ut in eis imagines emineant: ita dicta ad àrābāzis, quod sursum significat, vel suprà, & γλύπται sculpo: eo quod sculpturæ in superiori parte emineant. Unde & à Gallis Relevata dicuntur, gravez en relief. Eadem & Anaglypta invenimus appellata. Plin. lib. 33. c. 11. Nunc anaglypta in asperitas emque incisa circa lineaum picturas querimus. Martial. lib. 1.

*Nec de sunt tibi vera Glaniana,*

*Ne mensis anaglypta de paternis.*

Anaglyptæ, { πίνας μεφατεæb. àrābāzis. GALL. Statuaire, Sculpteur. ITAL. Scultore. GERM. Ein meister der getriebne arbeit mit bildreue

**A**ldroectis macht/bildhauer. Hisp. *Platero que labra por sinzel.* ANGL. *A carver, à graver.* } Sculptor qui ita quipiam exsculptit, ut in cō imagines prominent.

**A**nāglyptice, sive Anaglyphice, èrav. λυγχία, ἀγλύπτικη. GALL. *L'arte de tailler en relief.* ITAL. *L'arte da sculpirdi relevò.* GERM. *Die Kunst des Bildwerks/ durch getriebne oder getriebene Arbeit.* Hisp. *el arte de labrar de buril o sinzel.* ANGL. *The art of carving or gravining.* } Ars & ratio ita sculpendi, ut in opere imagines eminent. Huic opponitur Diaglyphice, ἀγλύπτικη, quum imaginē superficie operis sunt depresso, & ita excavatae, ut eminentes imagines cera alterī corpori molli posint imprimere: cujusmodi sunt annuli & sigilla, tam publica, quam privata, quibus literae, & diplomata obsignantur.

**A**nāgnīa, ἀγνία Ptolomæo, civitas Hernicorum in Latio, ubi Antonius forore Augusti contempta, & Cleopatra in uxorem ducita, monetam ferini iussit. Virg. lib. 7.

**A**nāgnōstes, ἀγνῶστοι. ANGL. *Agnoader.* } Latinè lector dicitur. Nam ἀγνῶστοι lego, ἀγνῶστοι recognitio, lectio. Cic. *Attic.* Nam puer festivus anagnostes noster Sosistheus decesserat.

**A**nāgoge, ἀγωγή, subductio, ad mysticum Scripturæ sacræ sensum de Trinitate & vita æterna, ἀγω is subduco, sursum duco. ||

**A**nāgyris, ἀγγύρις, herba est gravissimi odoris, qua ob id à rusticis lignum putidum vocatur. Huius folia, virgásque si quis decerpserit, foecissimo odore manus imbuit, quo non nisi frequenti lotione potest liberari. ¶ Hinc factus est locus proverbio, ut qui sibi offutura commoveat, ἀγγύριος, hoc est, Anagyri movere dicatur. ¶ **A**nāgyrus, ἀγγύρις, populus Atheniensis, tribus Erechtheidis. Vide Stephanum.

**A**nitatis, idis, Deæ cuiusdam nomen, que in Sacasena Armeniae regione præcipue colebatur. Huius deæ ministerio moris erat optimatum filias forma præstantissimas dedicare: quæ ubi aliquandiu omnibus corporis sui copiam fecissent, tanquam nobiliores redditæ, deinceps viris tradebantur. Dies festus huic numini dicatus, Sacra vocabatur, quo se viri mulieribus permisi ad stuporem vino ingurgitabant. Sunt qui tradant, hæc festa in memoriam victoriae, quam Cyrus de Saccarum gente retulit, esse instituta. Ferunt enim Saccas Cyri castra ingressos, quæ ille simulata fuga, epulis vinoque differta reliquerat, ita se vino obruisse, ut à Cyro omnes ad internectionem penè deleri fuerint prius quam possent expurgisci. Strab. lib. 11.

**A**nlēctā, ἀντιλέκτα, schettact et sculchan, ἀντιλέκτα. GALL. Ce qui tombe sous table, miettes. ITAL. Immudie della tavola. GERM. Dischlachen/ schüttete/ oder was ab dem tisch fällt/ als bein/ schalen/ rinden/ &c. Hisp. Los reliques del manjar que sobra. ANGL. Crommes, that fallerh from the table. } Purgamenta cœnarum, & quisquiliæ ciborum sub mensam cadentes, quæ manu colligi solent, & extra triclinium efferti. Mart. lib. 7.

*Colligere longa turpe nec putat dextra*

*Analecta, quicquid & canes reliquerunt.*

**D**icta Analæcta, ἀναλεκτα, hoc est, colligendo, propterea quod manu colligerentur, non scopis everrentur. Inuentis enim lithostrotis, cæterisque id genus pretiosioribus pavimentis, cessavit usus scoparum. Illa enim, quod ex minoribus testulis constabant, scopas non admittebant, unde etiam Asarota dicebantur, quod non verrentur, sed quod manu purgamenta colligi soleant, & pavimenta ipsa spongiis lavari. Idem lib. 14.

*In pretio scopas testatur palma fuisse;*

*Otia sed scopis nunc analæcta dabunt.*

**A**nlæctes, è. αναλεκτα. GALL. Qui recueille les miettes & autres reliquats. ITAL. Chiraccoglie le evanature di tavola. GERM. Ein zusamen lasser der tischlachenschütte. Hisp. El que barre los reliques. ANGL. A gatherer of the crommes of the table. Qui colligit, aut vertit analæcta. Dicitur etiam per translationem, teste Cælio Rhod. lib. 13. c. 31. qui multa lectione exercitatus memoriæ est firmissimæ, ita ut quicquid unquam legerit, vel audierit, habeat ad manum. Nomen deductum est à verbo αναλεκτα, quod inter cætera significat, αναφέσθαι επι, επι cœnū, hoc est, memoria concipere, & firmiter tenere. Seneca: Sualit illi Satellius Quadratus, ut Grammaticos habebat analæctas.

**A**nalæctides, αναλεκτιδες, dicuntur, quibus è xylo lino, vel quavis materia, puellæ tanquam pulvillis constipant scapulas prominentes, ut videri habiliores possint. Ovid. 3. de Arte amandi:

*Conveniunt tenues scapulis analæctides altis,*

*Angustum circa fascia pectus erat.*

Cæl. lib. 13. c. 31.

**A**nalesma, αναλεκτα, est ratio conquista Solis cursus & umbræ crescentis à brumæ observatione inventa, è qua per rationes architectonicas circinique descriptiones est inventus effectus in mundo. Vitruv. lib. 9. c. 4.

**A**nalesia, dicta est eo quod sanas partes capitis sensu privet. Fit, vel nascitur ex negligentia, aut ex nimio cibo, aut ex luxuria, aut potu frigido, bibendo, vel nimium cogitando, vel ex indigestione ciborum.

**A**nalitæ, αναλιτæ, populi Arabiæ apud Plin. lib. 6. cap. 28.

**A**nlögia, proportio, proprietas, convenientia, similitudo. { תְּקַשֵּׁמֶשׁ בְּקָהָל. αναλογία. GALL. Analogie, proportion, convenience. ITAL. Proprietà, convenienza. GERM. Stleichformigkeit, Ähnlichkeit. Hisp. Propriedad, conveniencia. ANGL. Proportion likness. } Cicero: Quod analogiam Stoici, nos appellamus convenientiam, si placet. Quint. lib. 1. Analogia præcipue, quam proximè ex Græco transferentes in Latinum, Proportionem vocaverunt. Analogia quid sit, docet Gell. c. 25. lib. 2. dicitur ratio proportionis ab eodem cap. 9. lib. 15. Hæc est eius vis, ut id quod dubium est, ad aliquid simile, de quo non queritur, referat, ut incerta certis prober, ut si queratur, funis masculini, an foeminini generis sit, ex eius diminutivo cognoscitur, quia funiculus generis masculini est. ¶ Analogia apud Mathematicos est quum numeri duo, aut plures, quum item magnitudines inter se comparantur,

ad similitudinem secundæ comparationis, iuxta æqualitatem, vel inæqualitatem: ut si dicas, Ut se habent quatuor ad duo, sic octo ad quatuor: & quanto est longior pes Herculanius alterius alicuius pede, tanto item stadium Herculano pede sexcentis commentum, longius est eo stadio, quod alterius pede toties transmissum est.

**A**nalogismus, αναλογία, à Dialecticis vocatur firmissimum illud argumenti genus, quod à causa propinquâ ducitur. Cui opponitur Epilogismus, qui lolet sumi ab effectu, aut certe à causa remora. Dicitur autem Analogismus à verbo Græco ἀναλογία, quod inter cætera significat ratiocinari, & firmissimis argumentis aliquid colligere.

**A**naologista, tutores qui non tenentur rationem reddere tutæ. Vide infra *Anælogistus*.

**A**nalogus, αναλογος, proportione respondens.

**A**nalphabeti, αναφάνται, à Græcis dicuntur, qui ne clementariis quidem literas neverunt, quos Fulgentius Abecedarios appellat, in 3. *Mythologicibn.* Bud. in Pandect.

|| ANALYSIS, αναλύσις, refolatio, αναλύει refolvo.

**A**nalysicus, αναλύτης, refolutorius. ||

**A**nalyticæ, orum, αναλύσια, nomen est duorum librorum Aristotelis, quibus ille judicandi, sive (ut alii loquuntur) argumenta resoluendi partem excusat. Nomen deductum est à verbo αναλύει, quod resolvere significat, nonnunquam etiam dijudicare. Budeus in *Comment. lingua Graeca.*

**A**namnēsis, αναμνησις, Latinè commemoratio dicitur.

**A**nançeon, ανανçeon. Necessarium Latinè dicitur. Figura, quum volumen ostendere necessitudinem aut naturæ, aut temporis, aut alicuius personæ: quale est illud Democharis, Nihil valebat assida pro fratre ac misericors deprecatio, quum indicaret tyrannus, cuius crudelitas omuin naturæ necessitudinem extinguebat. Rutilius Lupus lib. I.

|| Anance, ανανçea, necessitas. Hes. judicialis clepsydra. Apud Plaut. in Rud. 2. 3. Credo Hercle Anancæ datum, quod biberet. De quo varie disputant. Vide Taubman. *Comm.* ubi plurium opiniones colligit. ανανçea, est necessarius. Meurhus legit, Ancæ poculum. || Varro lib. 2. de vita pop. Rom. ad Sybaritanam prædam, in qua sunt tripedes crateres, refert. Anancæ, pocula nobilium Tarentinorum.

**A**nanchitis, ananchitidis, ανανçinis, gemma, de qua sic Plin. lib. 3. cap. II. Ananchitide in hydromantia dicunt evocari imagines deorum. Vide supra *Anachites*.

**A**nantapodoton, αναποδόνη, schema est, quo Græci frequentius utuntur quam Latini, quum scilicet oratio aliquo membro destituitur.

**A**napæstüs, αναπæstüs, pes ex duabus syllabis brevibus, & ex tertia longa. Componitur ex ανα, re, & παρα, serio, eo quod repertut dactylum sono reciproco. A Græcis, αναπæstüs dicitur, quasi dactylo contrarius. Cic. lib. 3. *Tuscul.* Non adhibetur ulla sine anapæstis pedibus exhortatio.

**A**napavomenos, αναπωέμπον, fons est in Dodone, Iovi sacer: ita dicitur, πηγὴ τὸ αναπωέμπον, eo quod sub meridiem quotidie definat fluere. De hoc sic scribit Plin. lib. 2. cap. 103. In Dodone, Iovis fons quum sit gelidus, & immersas faces extinguat, si extinctæ admoveantur, accedit. Idem meridiem semper deficit: de qua causa Anapauomenos non vocant: mox crescens ad medium noctis exuberat: ab eo rursus deficit.

|| Anapele, saltatio. Scal. ||

**A**naphalis, αναφάλις, herba est, quæ notiore nomine Cnaphalium, & à quibusdam Centunculus appellatur.

**A**naphe, αναφη, insula est una Sporadum, inter Therasiam & Astypalaem, quam Plin. lib. 2. cap. 87. enumerat inter eas, quæ diu aquis tectæ, tandem emercentur. Nominis ratio Stephano hæc traditur, quod Argonautis intermestri luna tempestate iactatis opportune apparuit.

**A**naphoræ, αναφορæ, seu Epanaphora, ιπναφορæ. Figura quam nos relationem, seu repetitionem dicere possumus, quæ fit quoties in principio singulorum membrorum, aut versuum, eadem pars orationis repetitur, hoc modo, Verres calumniatores apponebat, Verres de causa cognoscebat, Verres pronuntiabant. Virg. 1. *Aeneid.*

*Nate, mea vires, mea magna potentia, solus*

*Nate patris summi.*

**A**naphoræ etiam scandentes signorum vocabantur ab Oriente circum mundi quotidiano factæ, ex inclinatione cœli varia nunc majores. Firmicus, Sed istis tandem vitiis laborabit, quoad signi eius fucrit anaphora completa.

**A**napis, ανανçis, Sicilia fluvius leniter decurrens, decem stadiis procul à Syracusis in mare defluens. Ovid. 5. Met.

*Praterit & Cyanem, & fontes lenis Anapis.*

**A**napölogëtus, αναπολογητης, Latinè inexcusabilis.

**A**naporica horologia. Vitruv. de archit. lib. 9. cap. 9. Fiunt etiam ali genere horologia hiberna, quæ Anaporica dicuntur. In bullæ ingrediens per puncta, contra centri tympani versionem, quotidie transfertur: unde anaporica duci puto, quasi regradantia: αναπορια est regradior, ut Solino cap. 3. menses regradati dicuntur, Martin.

**A**apselaphësis, supplicatio Principi oblata à sententia Præfecti Prætorio. Lex. IC. ||

**A**narchus, αναρχη, sine principe, vel principio. Ambr. lib. Hexaëm. Dedit ergo principium mundo, dedit etiam creaturæ infirmitatem, ne anarchon, id est, principio carentem crederemus.

**A**nariciæ Straboni, Anariciæ Plinio, αναρχη Stephano, populi sunt mare Caspium ad Ortum incolentes: quorum oppidum Anariciæ αναρχη, commemoratur.

**A**anarrion, αναρπιν, quod & Antirrhinum, herba est Anagallidi similis, radice nulla, aut perexigua, semine vitulinæ nares imitante: unde & nomen habet. Galenus Bueranion appellat. Gal. *Oculum cati.* Vide Plin. lib. 25. cap. 10. Rucl. lib. 3. cap. 131.

**A**nas, atis, Avis notissima ex genere amphibiorum, ita dicta ab affidui-

**E**cce natandi. { *νῆρος*. GALL. *Cane ou canart.* ITAL. *Anitra.* GERM. *Ein änt.* HISP. *Anade.* ANGL. *A dooke, a drake.* { Martial. lib. 23.

**T**ota tibi ponatur anas, sed pettore tantum,

*Et cervice sapit : cetera redde coquo.*

Patricis pueris dantur anates, coturnices. Plaut. *Capt. sc. 4. a. 5.* Anates ponticæ veneno vicitant. Gell. *cap. 16. lib. 17.* { Anatem morbum anuum dicebant, id est, vetularum : sicut senium, morbum senum. Festus. Imò morbus ani, seu podicis. Laurenburg.

{ **A**nasarca, *ἀναράκη*, toto corpore diffusus hydrops, aliter *ανατηλίας*, *ἀνανθόφλεγματις*, ab *ἀνα* & *τηλίας* caro. Melior est analogia, divisis vocibus, *ἀνανθόφλεγμα* per carnem. Martin. ||

**A**nastasis, resurrectio : ut Anastasia Dominicæ, &c.

**A**natæcùla, diminutivum est, { *μωσάρας*. GALL. *Petite cane, ou petit canart.* ITAL. *Picciola anitra.* GERM. *Ein äntle ein vogelin.* HISP. *El anadine, o anadina.* ANGL. *A little dook or drake.* { Cic. de *Finiibus*, Serpere anguiculos, evolare merulas, nare anaticulas, cornibus uti videmus boves. Dic me tibi anaticulam, columbam, vel catellum. Plaut. *Afin. sc. 3. att. 3.*

**A**natinus, a, um, { *νήρεος*. GALL. *De cane ou canart.* ITAL. *Cosa di anitra.* GERM. *Das zu der änten gehört.* HISP. *Cosa perteneciente a las anades.* ANGL. *V which perteneth to a doock or drake.* { Plaut. *in Rud. sc. 6. a. 2.* Utinam fortuna anatina nunc uterer : ut quum exisse ex aqua, arêrem tamen.

{ **A**nataria, aquila, *νηρόφορος*, ab anatibus occidendis nomen sortita. ||

**A**natarius, qui anates custodit, pascitve, *μηδοφύλαξ*. { **A**nataria aquila, quæ anates circa lacus venatur. Ex Sipontino. De anataria aquila, Plin. lib. 10. cap. 3.

**A**natarius, a, um, quod ex anate est : ut, Anataria aquila, *νηρόφορος αἴρος*, quæ anates venatur. Plin. lib. 10. cap. 3.

**A**naifa, *ἀναιφα*, oppidum Germanie, apud Plin. lib. 6. cap. 8.

**A**nas, *ἀνα*, fluvius ulteriore Hispanie, Bœticam dividens à Lusitania : de quo Pomp. Mela lib. 2. { Antiqui præterea Anatem vocabant anuum morbum, scilicet vetularum. Festus.

**A**nasphoros, *ἀναφόρος*, à quibusdam vocatur herba, quam Græci *μηδίδια*, Latini Linum appellant. Legitur hoc nomen in quibusdam Dioscoridis exemplaribus. Quidam verò hanc, ut plerasque alias herbarum nomenclaturas apud eundem inter nothas referte malunt.

{ **A**nastasiōn, troparion, seu canticum diei Dominicæ proprium. Lex. gr. b. ||

**A**nastomosis, *ἀναστομοσ*. A medicis appellatur apertio venarum, quando scilicet venarum orificia amplius æquo aperiuntur : quod fit aut propter vasorum imbecillitatem, aut propter sanguinis ad orificia affluentis copiam. Gal. lib. 4. & 5. Method. Est autem nomen hoc deductum à verbo Græco *ἀναπογε*, quod Latinè sonat Aperio. Cels. lib. 4. cap. 4. de *tuffi*.

**A**nastrophē, *ἀναστροφη*, inversio, vel pervercio dicitur, est enim ( ut docet Diomedes ) duorum verborum ordo præposterus : ut, Italianam contra, pro contra Italiam.

**A**nathēmā, detestatio, execratio. { *Ἄναθημα* cherem. *ἀνάθημα*. GALL. *Excommunication, execration.* ITAL. *Scommunica.* GERM. *Ein fluch, ein verbanter.* HISP. *Descomunion.* ANGL. *Excommunication, execration.* { Ponitur interdum pro donario, quod diis suspenditur in columna, vel pariete templi, *ἄνθημα*, hoc est, suponendo, vel suspendendo : aut certe ab eo, quod nefas esset ea loco mouere. ||

{ **A**nathēma verò, *ἀνάθημα*, donarium, quod dicatum diis in parietibus, vel columnis templi, vel ex lacunaribus suspendebatur, ab *ἀνατηλίᾳ*.

*Ἄνθημα repono, vel sursum pono, deducitur. ||*

**A**nathēmato, as, Devoveo, detestor, *ἀνατηλίζομαι*.

**A**natocismus, { *ἀνατοκίσμα*. GALL. *Renouvellement d'usure, quand les arrerages se baillent encores à usure, & sortissent nature de sort & principal, interest des interests.* ITAL. *Rinnovamento d'usura, quando l'usura acquistata entra nel principale & fa usura.* GERM. *Der zuher da man zinsen anlegt / dass die selbigen wider zinsen tragen / zinsen von zinsen.* HISP. *Renovamiento de usura, usura sobre usura.* ANGL. *Yoarlie usurie, and usurie of usurie.* { Est usura anniversaria revolutio, & quas usuras usurarum vocant. Cic. ad Attic. Interim quum in edicto translatio centesimas me observaturum haberem cum anatocismo anniversario. Latinè autem Cicero ipse hoc verbum interpretatur in Epist. Consecram, inquit, ut solverem centesimis sexennii ductis cum revocatione singulorum annorum.

**A**natomē, *ἀνατομη*, dissectio, vel consecratio, quum scilicet humanum corpus dissecatur, ut venæ, & nerui à Medicis conspici possint. { In de Anatomice ; *ἀνατομη*, scilicet *τέχνη*, artis dissecandi & aperiendi corpora.

**A**navā, *ἀναβά*, urbs Phrygiæ. Steph.

**A**nauros, *ἀναυρός*, fluvius Thessaliam, ex Pelio monte fluens, quasi absque aura dictus. Lucan. lib. 6.

*Quique nec humenteis nebulas, nec rore madentem*

*Aëra, nec tenues ventos aspirat Anauros.*

De hoc fluvio, vel potius torrente, vide plura apud Apollon. Argon. lib. 6.

**A**natus, apud Flaccum in Argon. Proclus est Medeæ, Alanorum & Henochorum rex, postea à Stilo rivali interfactus.

**A**anax, *ἀνάξ*, proprium viri nomen, qui fuit Cæli & Terra filius, à quo Miletus olim dicta fuit Anactoria. Cæl. Rhod. lib. 8. cap. 1.

**A**anaxagoras, *ἀναξαγόρας*, Clazomenius philosophus fuit, in physicis præcellens, qui non modò generis gloria & divitias, verum animi quoque magnitudine clarissimus fuit, quippe qui totum patrimonium suis sponte reliquit. Et quum ab eis negligenter insularetur : Quid ergo, inquit, nonne vos ista curatis ? Mox abscedens, ad speculandum rerum naturam se contulit, studio doctrinarum flagrans, rei private & publicæ omnino negligens, & incuriosus, adeò ut eidam ipsum ita compellant, Nullâne tibi patriæ cura est ? dixit, Mihi verò patriæ cura, & quidem summa est : digitum in cœlum

intendens. Hic cum post diutinam peregrinationem in patriam rediisset, possessionesque desertas vidisset : Non essem, inquit, ego salvus, nisi istæ periissent. Digna profecto vox philosopho, qui pluris faceret culturam ingenii, quam prædiorum. Anaxagoræ opinio de astris, & de lapide cœlitus iuituro. Plutarch. in *Lys.* Vide plura de hoc apud Laërtium.

**A**anaxandrides, *ἀναξανδρίδες*. Poëta Græcus, Comœdiarum scriptor, patria Rhodius, qui tempore Philippi Macedonis floruit. Docuit fabulas 65. vicit una, ut scribit Suidas,

{ **A**anaxant, *ἀναξαντ*. Gloss. v. quasi ad axim, i. afferem, tabulam referunt, ubi publicè solet aliquid intimari. ||

**A**nantini, populi Italiae. Plin. lib. 5. cap. 12.

**A**anaxarbitri, populi Cilicie, ab eadem urbe sic dicti. apud Plinium.

**A**anaxarchus, *ἀναξαρχός*, nomen proprium philosophi Abderitæ, dictatorisque Democriti. Hic habuit inimicum Nicocreontem Cypri tyrannum, à quo comprehensus, conjectusque in pilam saxeam, quam Græci *ἀρμός* vocant, ibique ferreis malleis contusus, adeò toleranter pertulit asperrimos illos cruciatus, ut verbum illud memorabile duplicaverit. Tunde, tunde Anaxarchi follem, Anaxarchum enim non tundis. Ad ultimum amputationem linguæ minitante tyranno, protinus dentibus abscessam, & commanducatam linguam in os eius irapatulum dicitur expulisse. Vide Laërt. Valer. Cic. Floruit Anaxarchus Olymp. cx. ut scribit Suidas.

**A**anaxarctē, *ἀναξαρκτη*, puella fuit Cypria, ex Salamine oppido, forma insignis, & regia stirpe superba, quam quum Iphis infima sortis iuvenis perditissime amaret, & ab ea ludibrio haberetur, doloris impatientia sese ad fores ejus suspendit : cuius funus quum Anaxarcte siccis, immotisque oculis intueretur, in saxum est convertita, ut fabulatur Ovid. 14. *Metam.*

**A**anaxarus, civitas mediterranea Cilicie, ut scribit Plin.

**A**anaxenor, *ἀναξενός*, Citharoedus fuit, quem Magnesia civitas valde extulit : sed magis M. Antonius, qui quatuor civitatum ei tributa legenda tribuit, ut scribit Strabo lib. 2. 4.

**A**anaxetum, *ἀναξετόν*, apud Dioscoridem lib. 3. legitur inter noinenclatas Gnaphaliæ herbæ. Quamquam non defunt, qui & hoc malint inter notha refrete.

**A**anaxilas, *ἀναξιλας*, Poëta comici nomen, cuius meminit Suidas.

**A**anaxilas, *ἀναξιλας*, Reginorum in agro Brutio tyrannus fuit, & Messanæ in Sicilia conditor, qui ex testamento liberos suos Mycithi servi sui tutelæ commendavit. Mycithus autem provinciam sibi impositam tanta fide, moderationeque administravit, ut Regini servi imperium non detracarent. Pueris deinde ad legitimam xatem proxectis, bona fide & imperium, & paternam hæreditatem restituit, sibi que exiguo servato viatico, reliquum vitæ privatus peregit. ¶ Fuit præterea Anaxilas quidam ex Lacedæmoniorum principibus, qui unâ cum Lycurgo in vincula conjectus fuit, & paulò post cum eodem absolutus. Vide Plutarchum in *Alcibiade*.

**A**anaxylides, *ἀναξυλίδης*, nomen Philosophi, de quo Hieronymus contra Iovin. scribit, quod in lib. 2. *Philosophie* asserat Potonam matrem Platonis phantinate Apollinis fuisse oppressam, quodque sapientiae principem non aliter arbitretur, nisi de partu virginis editum.

**A**anaximander, *ἀναξιμάνδερ*, Milesius Philosophus, Thaletis auditor, primus terræ maritimæ circuitus descriptus, & sphæram insuper construxit, ut inquit Laërtius. Hic dixit infinitum, rerum omnium generationis atque corruptionis causam esse, & partes quidem universi corrupti, totum autem esse immutabile. ¶ Præterea cylindri formæ esse terram asseruit, tantæ profunditatis, ut ad latitudinem profunditas tertia inveniatur.

**A**anaximenes, *ἀναξιμένης*, Philosophus fuit Milesius, Eurystrati filius, Anaximandi discipulus successörque, qui eo die obiit, quo Sardeis à Cyro capta fuerunt. Hic principium rerum aera opinatus est, quem genere infinitum, qualitatibus finitum aiebat, cujus condensatione ac rarefactione cuncta gigni putavit. Motum verò ab ætero esse dixit; Terram ex aere constipato, primum omnium factam, latam, magnam : idcirco non absque ratione super aërem contineri : Solem, Lunam, cæteraque stellas à terra ortum habere.

**A**anaxini, populi in quarta regione Italiae. Plin. lib. 5. cap. 72.

**A**anaxius, fluvius qui fluit per Feltrensem agrum.

**A**anaxo, *ἀνάξω*, Anæci cuiusdam filia fuit, quam quidam Alemenes matrem faciunt, non Lysidicen sororem Pithei ex Peleope & Hippodamia, ut habet Plutarchus.

**A**anaxyris, *ἀναξύρης*, Herba est notissima, quam & Oxaliden Græci, & Latini Rumicem appellant. Ita dicta, quod folia eius calceorum soleas imitantur, quæ & anaxytides quandoque à Græcis appellantur.

**A**anazarba, *ἀναζαρβα* Stephano, oppidum est Cilicie, Dioscoridis illustissimi Medici patria.

**A**ancesa, dicta sunt ab antiquis vase quæ cælata vocamus, quod circumcidendo talia fiant. Ipsum quoque *Cælare* verbum ab eadem causa dictum est, d cum l permutata. Festus.

**A**nceus, *ἀναιδης*, Samiorum rex, qui strenuissimus agriculta habitus fuit. Huic, quum servos nimio labore premeret, prædictum fuit à seruo, nullum illum eius vineæ, quam tum plantabat, vinum bibiturum. Paucis post annis, coacta eius vineæ vindemia, iussit sibi ex lacu vimum hauriri, increpans eum, qui futurum prædicterat, ut nunquam ejus vineæ vinum biberet. Iamque calicem ori admoturo nuntiat quidam, aprum mira magnitudinis vineam vastare. Abjecto itaque poculo, quum aprum veller interficeret, ab illo dente ictus interierit. Huc alludit Horat. quum ait,

*— inter calicem supremaque labra*

*Multa cadunt.*

Vide Erasmi Adagia. ¶ Fuit & alter hoc nomine filius Lycurgi.

**A**nceniscus, incastratus. Vide *Incastratura*.

**A**nceps, itis, quod utrumque jacutum est. { פִּתְחוֹתָה pithoth. αὐθίσσω μ. } Anceps ( inquit Festus ) significare videtur, quod ex utraque parte caput habet, ut securis, bipennis. Sed magis à capiendo quod

quod ex utraque parte aqua capiatur, appellatum est. Lucil. Vecte, atque ancipi ferro effringam cardines. ¶ Accipitur pro dubio, sive ambiguo. { ταῦτα ταῦτα. ἀπόστολος ἡ ιωανθοφορεῖ λέγει. GALL. Dontex, uncertain. ITAL. Dubio. GERM. Zweifelhaftig. HISP. Dudoſo. ANGL. Double, or two ed. ged, debutsome. } Cic. pro Marcel. Incertus est exitus, & anceps fortuna. Idem 1. de nat. deor. Bestiae quasi ancipes, in utraque sede viventes. Ex ancipi morbo, Sueton. in August. c. 59. Ancipitia monumenta. Liv. 5. ab Vrb. Anceps Deorum ira, quae utrinque urget. Idem lib. 10. ab Vrb. Anceps genus elephantorum, quod tam nocere solet quam prodesse. Idem 7. vell. cin. Anceps prælium, utrinque urguntur. Cæſar de bell. ciu. Anceps terror inta & extra munitiones. Idem 3. de bell. ciu. Ancipibus telis hostem summovere. Liv. lib. 7. d. 4. Securum capiam ancipitem. Plaut. Men. sc. 1. a. 5. Quod quoniam est anceps (incertum an velitis nominari.) Ovid. Eleg. 4. lib. 3. Trist. Quos fors iniqua in ancipi posuit. Senec. cap. 10. de Tranq. Ancipitia verba & media. Gell. c. 9. lib. 11. Dubia & interdum ancipi fortuna gestum bellum. Velleius, Ancipitis fortuna temporis, de tempestate. Idem, Veteres ancipes in nominativo dixerunt non sine ratione, ne in genitivo ancipitis, duabus syllabis videretur crescere. Sosipater lib. 1. Plaut. in Rud. Post altrinsecus est securicula ancipes. Vide Priscianum lib. 6. ¶ Vocabula ancipitia, quæ & in bonam, & in malam partem accipi possunt: ut, tempestas, valetudo, facinus, &c. Vide Gell. lib. 12. cap. 9.

Anchacēs, nomen ducis in exercitu Persæ contra Aætēn Colchorum regem, fratrem Persæ. Valerius 6. Argonaut.

Doctus & Anchaces, patulo vaga vincula gyro

Spargere, & extrema laqueis adducere turmas.

Anchémolus, αὐγέως. Rhæti regis Marrubiorum filius fuit, qui quum Casperiæ novercæ stuprum intulisset, à patre ad supplicium petitus, ad Turnum in militiam profugit. Hæc Servius in illud Virg. 10. Æneid.

Hinc Stelenum petit, & Rhædi de gente vetusta

Anchemolum, thalamos ausum inestare noverce.

Anchiale, αἱχιάλη, civitas Cilicæ, de qua Strabo, Post Zephyrium, inquit, Anchiale supra mare, Sardanapali opus. Ex hac urbe fuit Athenodorus, qui non a Sardanapalo, sed ab Anchiale Iapeti filia conditam vult Cydmi matre, à quo nomen vicino flumini, ex Steph.

Anchialos, αἱχιάλος, urbs Tracie, sita in intimo sinu, atque ubi Pontus alterum sui flexum angulo finit, non procul à magna Apollonia. Hæc Pomponius. ¶ Est & Anchialos, Astrologi nomen, cuius meminit Cic. lib. de Divinatione.

¶ Anchiromichus, navigium aptum ferendis návibus, cum cæteris nauticis instrumentis. C. Steph.

Anchisēs, αἱχιάλη, Capyos filius: ante bellum Trojanum nemorum latebras & solitudines coluisse fertur, gregibus & armentis iacentis: quibus cum vacaret, à Venere adamari cœpit, & cum ea concubuit, unde natus est Æneas apud Simoënta Troiæ fluvium, ut scribit Servius. Porro quum se Veneris concubitu usum fuisse factasset, à Iove fulmine est afflatus. Propterea dicunt eum Trojanorum confiliis non interfuisse. Ardente Troia, quum nulla salutis spes appareret, senio coniectum Æneas humoris imposuit, secundumque Drepanum usque Siciliæ urbem vexit, ubi satis concessit. Virg. 1. Æneid.

Tunc illo Æneas, quem Dardanio Anchisa

Alma Venus Phrygii genuit Simoëntis ad undam?

Anchisiades, Patronymicum. Virg. 8. Æneid.

Æneas Anchisiades & fidus Achates.

Achisiade, vocativus. Idem 6. Æneid.

